




Petrus I. Scarffe.

Antonij Thyle SII CONSENTINI, NAtione Itali, Opuſcula aliquot, partim iam olim diuerſis in locis, partim nunc primū edita: tum ſtyli Romana puritate, tum eruditione, uarietate, & lepôre argumentorum, magno ſtudioſorum applauſu excipienda.

Quorum catalogum uerſa pagella indicabit.

Cum locuplete rerum & uerborum memorabilium Indice.



B A S I L E AE.

OPVSCVLA ANT. THYLESII hoc libello contenta, sunt hæc:

Imber aureus, Tragœdia.

Idyllia, siue poëmatia septem.

Cyclops. Galatea. Lucerna. Arundo. Aeneas. Araneola. Cicindela.

Commentarij duo eruditißimi, alter de Coloribus, alter de Coronarum generibus.

MAGNIFICO ET GE*NEROSO VIRO D. LEON*

harto Bœkk à Bœkkenſtein, S. Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario prudentiſsimo, Conradus Geſnerus Tigurinus

S. D. P.


VLTA quidem & uaria, magnifice Leonharte, in hoc inferiore mundo ad humanam uitam, uel ſimpliciter, uel commode, uel iucunde, uel honeſtè tranſigendam, pertinent: quæ omnia propemodum ſapientes uiri, maxime Peripatetici, bonorum nomine dignantur. Atqui præ cæteris non parum illuſtrior eminet honeſtatis, ſiue uirtutis ratio, cũ animis noſtris propria ſit: reliqua corpori familiariora, eoq́; nomine dignitatis apicem amittunt. Verùm ex multis cauſis, quibus uirtutem ſuo iure extollimus, hæc mihi grauiſſima uidetur: quòd origo bonorum corporis & externorum aliunde pendet, à natura uidelicet, ac fortuna: uirtutis autem decus, proprium nobis, & ex aſſe no-

ſtrum eſt. Necp uero diuinam beneficentiam, quæ prima rerum omnium, ipſius etiam naturæ, & fortunæ fortaſſis, ut nos loquimur, cauſa exiſtit, his uerbis imminuo: ſed uoluntatis noſtræ uim, quam diuinitus liberã accepit, inſinuo. Siquidem animi bona, quæ uirum bene moratum & ciuilem, laudabilemcp effici unt, non recte aliquis aut neceſſaria, aut naturalia, aut fortuita dixerit: ſed uoluntaria, quoniam ea ſponte conſultocp deligũt homines, ipſocp uſu & actionibus in habitum (ut philoſophi loquuntur) deducunt, ut inde non immeritò ſingulos à uirtutibus ſuis denominari liceat. Próinde cum ſola è numero bonorum uirtus aliena non ſit, nec extra nos oriatur, ſola meretur laudem, eamcp perpetuam, ſicut & ipſa perpetuum animis & ſtabile ornamentum præbet. Sed quorſum hæc? Fama uirtutis etiam aliud agentis comes indiuiduus, multa nobis egregia narrauit de bonis tuis, tum in fortuna ſitis, quibus abunde ſis ornatus, tũ in animo. Sed illorum gratia, quoniam

tua uere dici non possunt, & cum aliis ubiq; gentium multis, pluribusq; malis quàm bonis, tibi sunt communia, apud homines, qui hæc legere dignabuntur, te commendari nequaquam decet. Animi uero tui præstantia, & generosum pectus, tam raris & insignibus bonis præditum, cum sideris instar per ora hominum passim emicet, fulgore suo me quoq; adeò perculit, ut unus ex multis, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, dignissimus mihi uisus sis, in quem testimonium nostrum & qualecunq; præconium uirtutis effunderem. Quòd si uerè tot tãtæq; dotes nobis de te prædicatæ sunt, equidem gaudeo. & gratulor tibi, moneoq; ut pergas, atq; teipsum si fieri potest uincas: hoc est, indies melior & laude dignior euadas: quanquam interim non laudis, sed multo sublimiorem finem, ut boni simus, spectari oportet. Sin aliter habet res, & rumor nos decepit, quod non puto, stimuli saltem loco encomium istud futurũ sperauerim, ut excitatus aggrediaris illa, quæ forte hactenus neglexeras. Iam ne

quis nesciat, quid tanta tuba dignũ de te audiuerimus, Laconicè dicã. Fama fert, te fortunis tuis liberaliter uti, neq; ut maior pars diuitũ solet, congerendis tantũ opibus inhiare: neq; temerè, uel ad inutiles, uel etiam uetitos usus eas dilapidare: sed hoc studere, ut multis prosis, multos tibi parias amicos, & ueluti dispensator potius quàm dominus diuitiarũ, egentibus opẽ feras. Quod ipsum cum unusquisq; ex plebe sibi promittat, et tanquã de re satis facili secũ ita somniet: O ego si forem diues, quàm recte pecunijs uti, quàm beneficus alijs esse uellem? difficillimum tamen est factu, & à paucissimis præstatur, ideoq; laudandũ cõstantius, quanto cõtingit rarius. Profectò si auaritia malorum omniũ fons à magno illo præcone uere pronunciatur, beneficentiã bonorũ fœcundissimam uenam nominari par est. Accedit glorię tuæ nõ exigua pars, quod luxu & ocio in tãta occasione posthabitis, uitam frugalem degas, & bonas amplectare literas, & literatis summopere faueas, deniq; pro uirili tua disciplinas

nas & ſapiētiæ ſtudia promoueas. Hoc ſanè certiſſimū ex literis amicorū habemus, Bibliothecā tibi eſſe innumeris & egregijs libris ad miraculum uſq; inſtructam: quod quidem in rempublicam literariam, & omnem poſteritatem, beneficium ingens interpretamur. Regia prorſus hæc in te cura eſt, ac regibus ferè ſolis quondā uſurpata, ut optimi quiq; libri ſimul collecti poſteris conſeruarētur. Percipiet aūt breui etiā noſtra ætas gratiſſimum Bibliothecę tuæ fructum, cum Hiſtoria Turcarum, Græco ſermone copioſè ac eleganter deſcripta, tuoq; beneficio Latinè reddita, in manus ſtudioſorum perueniet. *Hiſtoria Turcarum.* Illæ, inquam, illę uirtutes tuę, uir excellentiſſime, gloriam inter mortales, quoad fieri poteſt, immortalē commerentur: nulla uero diuturnior extat (cū cætera cuncta longæuū tempus, alia citius, alia tardius, abſumat, & obliuionē quantumcunq; maximis rebus acoperibus inducat) q̃ quæ doctorum hominum lucubrationibus accepta fertur. Itaq; eruditi alicuius uiri ſcripta tibi nun-

cupatim dedicare uolui, quæ quidem huiusmodi forent, ut perpetua uiderentur futura: quod ego de meis sperare nec possum, nec debeo. Præ cæteris igitur Antonij Thylesij Opera se mihi obtulerũt, quæ ante hoc tempus uaga sparsaq; collegi, & quædã nõ publicata prius adiũxi. Hæc ex inscriptione mea tibi habeas, clarissime LEONHARTE, ueluti uinculum inseparabile nomini tuo ad posteros propagando futurũ: partim quoniã libelli per se sunt eximij, nec indigni amplitudine tua: partim quòd uirtutis tuæ splendore, etiam ipsi proculdubio fient illustriores. His age, cum à grauioribus negotijs feriari libuerit, ingenium oblectes: & eruditos argutosq; uersus, quos tibi ualde probari aiunt, percurras. Quod si argumentum in hisce legendis, iucundius tibi fortè quàm utilius uidebitur, Imbris aurei saltem scopum conuenire tibi iudicato, qui te commonefaciat, aurũ ut pudicitiam, sic alias plerasq; uirtutes expugnare, & irritamentũ esse malorũ: proinde uirtuti unice uacandũ esse.

πᾶς

πᾶς γάρ ὅ,τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς, ἀρετῆς "
οὐκ ἀντάξιος, ut sanctissime scribit Plato "
ab initio quinti lib. de Legibus. Cæterū hic Thylesius (cuius laudes si amplius nosse cupis, lege epistolā Lælij Aleandri quam Imbri aureo statim subiecimus) Mediolani quondā pręceptor fuit pręceptorū meorū, Ioannis Iacobi Ammiani scholarchæ, Latinæq; eloquētiæ professoris in Academia nostra, & Rodolphi Collini, Græcæ linguæ doctoris apud nos clarissimi, qui etiam Idyllia quędam Thylesij cōseruata partim ante annos aliquot typographo nostro excudēda dedit, partim mihi nunc primū cōmunicauit. Idyllion de Prometheo, quòd autori non satis placuisset, addere noluimus: & alterū Thetis inscriptū, non integrū ad manus erat: sicut nec poëmation de fragis. Vale Mecœnas optime, pręsidium & dulce decus Musarū. Expectabis aūt breui Bibliothecā nostrā, siue Catalogū scriptorum omniū, intra quatuor menses, Deo fauente, à prælo absoluendum. Tiguri, Cal. Febr. 1545.

FABVLAE ARGVMENTVM.

ROGAT Acrisius Argiuorũ rex nuncium, cũ à Delphico oraculo, quò illũ is miserat, iam rediꝗsset, quid sibi ex Apollinis sententia agendum sit de Danaë filia iam nubili, cuius ducendæ in uxorem gratia flos Gręciæ Argos conuenerat. qui simulatq; accipit, se ab eo, quem illa pareret, interfectum iri, à nuptijs abstinet, puellamq; in turri ferrea, eius rei causa à Vulcano & Cyclopibus tunc facta includit. At Iupiter forma uirginis captus, in pluuiam aureã mutatus, illã uitiat. Quod cũ rex comperisset, filiam in arca lignea clausam in mare abijcit. Ex hac igitur re Antonius Thylesius Consentinus tragœdiam, quæ Imber Aureus inscribitur, concinnauit: ubi metus sunt uarij, querelæ, fletus, minæ, atq; etiam pugnę, cædesq;: quæ omnia passim illustrata sunt sententiarũ ac uerborum splendore, sic ut tragœdia, quo genere poëmatis nihil grauius auditur, latinè uideatur eloqui non indecenter: puto non iniucundum erit ingeniosis & eruditis hominibus, rem cognoscere à Thylesio per ocium diligenter compositam.

LOQVVNTVR IN TRAgœdia,


Acrisius.	*Pyragmon.*
Nuncius.	*Steropes.*
Chorus ex Argiuis mulieribus.	*Brontes.*
	Polyphemus.
Danaë.	*Cyclopum turba.*
Nutrix.	*Nuncius alter.*

ANTONII THYLESII
Imber Aureus.

ACTVS PRIMVS.

Percontatur Acriſius nuncium, cum is ex Apollinis Delphici fano redijſſet, auditoq; rex oraculo ualde queritur. Iambici Senarij Archilochij.

ACRISIVS. NVNCIVS.



ANDEM reuerſus ades: age hic renuncia, AC.
Tacitus alibi, fidusq;, quod ſcis, neſciens, (iubet,
Nuptum dari cui Pythius natã
Solus ſupremi conſcius ſemper Iouis?
Adeſt frequens parata ferro cernere
Iam iam iuuentus nuptias Achaica.
Cordi nec eſt præ cæteris quiſquam mihi.
Par eſt in omnibus uigor, ſeu curſibus
Certant leues ſuperare Lyncas per nemus,
Aëriuagas ſeu ſpiculis ſternunt aues,
Ipſisq; nubibus petunt prædam aucupes.
Puluere libet uel equos agere celeripedes.
Nec regium nulli uetus claret genus.
Aetas quoq; eadem uix genas ueſtit noua.
Vnum uelut uellere uelit uirentibus

Cernere nuptias ferro, pro nuptijs dimicare.

Heroicæ iuuentutis ſtudia.

Claret, clarum eſt.

Carmen,

Si

in quo uoces ab eadem litera omnes incipiunt, quod ueteres poëtæ amabant.

Si quis rosarijs puer florem, ambigit
Potißimum sibi legat quem ex omnibus,
Ita unus ad se quisque flos dextram rapit:
Sic me procorum turba diuersum trahit,
Generum mihi nunc maximè quem seligam.
Sequar te Apollo, non minus mortalium
Obscura, clara, uoce qui reddis tua,
Quam noctis umbras pellis adducens diem,
Cæcamque radijs dißipas caliginem.

Pythonis serpentis effigiem auream, Acrisius Apollini misit dono.

† Succollare, est ceruicē oneri supponere. et argu it rei pōdus.

NV. *Vbi Delphicam rex attigi Pytho, ultimus*
Tot millium consulta flagitantium,
Primus redirem ut certior factus domum,
Pythona profero aureum. stupor omnium
Inuasit animos illico. ad cœlum manus
Tollunt. Deo tandem uideri munera
Digna, diademate teque dignum prædicant.
Exhilarat aliquos nam sacerdotum quoque
Auri nitor, mentem serenans nubilam.
His atque †succollantibus, gazæ decus,
Serpens reconditur intimis penetralibus.
Vixque immolatis uictimis balantibus,
Iam Phœbas horrida furit, hæc ore intonans:

Perseus is est, Iouis & Danaes filius, qui Mercurij talaribus usus, ac

Quò te puer agis alipes, cœlum petens?
Læuaque gestas quid caput amictum anguibus?
At at, lapis fit, unde natum hominum est genus.
Auum sed heu cur impie extinguis nepos?
Sic fata, mentis expuit uecordiam.

De

Deferbuit ac omnis animi rabies feri.
Quare tibi rex consule, monitus semel.
O sor sui quem amat? uel esse cui potest
Carus, sibi uilis, uolens qui ultro occidit?
AC. O uana spes. ubi senectæ iam grauis
Quies uidebatur, necis terret metus.
O quis reseruas me malis inimica Sors?
Vt filia parenti pariat ingens nefas,
Atq; impia nepos auum cædat manu,
Vetulus ut onere bos iugi fessus diu
Verbere cadit agricolæ immemoris ictus graui,
Animamq; non meritam emeritus edit gemens.
NV. Vbi est malũ uitare, quis debet queri? "
Gaudere potius, fugere quia potis est malum. "
Auxi opibus idcirco, & triumphis regiam,
Vt esset ante destinatum qui diem
Sceptris potitus, præmio lætum daret?
NV. Idequidem opinor esse lamentabile, "
Es de quibus bene meritus, male cum merent. "
AC. Iam iam tui me nata miseret. quæ, uelut
Formosa circum uitis ulmos consitas
Procul tuetur, nec habet ut se subleuet,
Iacens sed incomplexa humi sterilis senet.
Eris uiri indiga, appetita plurimis
Frustra, nec hæres imperij tanti puer
Auita ludet ante blandus lumina.
Sed hoc satius est, quàm madere fletibus

cæsa Gorgone, hostes, ipsumq; Acrisium commutauit in lapides: quibus iactis, Deucalion olim hũmanum genus refecit.

AC.

Iam iam, miserantis interiectio.

Cari

Cari parentis funere tristem tui,
Cinere horridas quàm uellere sparsus comas,
Niueumq; pectus tundere plangoribus.
Scopulosa qui uidet freta, nec abremigat "
Flectens procul iter, naufragus meritò interit. "
Miserum fleas, qui nescius, pessum it, uiæ. "
Monitum fuisse dijs, satis erit iam mihi,
Vitare, quod capiti malum impendet meo.

Abremigare est, ubi quis se remis alicunde auertit.

Grauiter affectus cum abijsset Acrisius, secum loquitur Nuncius, eiusdem generis carminibus.

NVNCIVS SOLVS.

DIscessit, agitatū ut mare, animo fluctuans.
Missos faciet omnes, opinor, nūc procos.
Iam adsunt, ut illos uix locutos deserit.
Præ cæteris & quem colit superis, pede
Adit ipse propero segnipedis adytum Dei.
Iam cogitans aliquid statim excudet uafer.
Indormiet causæ nec is tantæ oscitans.
,, Alijs cauere suetus, haud se negliget.
Quin, rem ut domi, forisq; gessit nauiter,
Toto huc, ut aiunt, pectore incumbet, breuiq;
Amolietur, quæ premunt onera animum.
,, Quiescere in utranq; aurem, id optimum arbitror.
,, Nihil anxijs prosunt opes, regnum nihil.
Quò tanta res se uerterit, nouit Deus.
Sospite utinam Acrisio inclyto, ac Danaē, unica
Spe regiæ, Argiuisq;, ac urbis mœnibus,

Segnipes Vulcanus.

Valida

Valida Cyclopum conditis olim manu.
Qui nunc ratibus adsunt procul uecti cauis,
Celebrent ut indicta sacra Vulcanalia.
Iamq; est prope dies festus Argis, quo simul,
Sibi quisq; coniugium puellæ consequi
Ratus, in opibus omnes futuri erant proci.
Nunc ira mutat ora, pudor hinc æstuat
Repudij, Amor coquit hinc ferus præcordia.

Cyclopes, ut iam est in fabulis, Argiua mœnia cõdiderunt.

Repudiati ab Acrisio proci, cũ minabũdi Argis discederent, Chorus mulierũ pauidus Iunonẽ orat, urbẽ ipsi deæ consecratam ab hostibus defendat. Versus est Pherecratius, ad carmẽ illud, Pauor heu quantus. unde ad finem usq; constat ex Anapæstico, Choris & Tragicæ dignitati aptissimo.

CHORVS.

O Germana mariti,
Fratris grataq; coniunx,
Cuius numine cœlum,
Terræq; tremit orbis,
Ipsi quem metuunt dij,
Sedes desere Olympi,
Curru uecta per auras,
Non quo uersicolores
Vinctæ colla uolucres
Te per nubila uectant,
Vis si quando choreas
Inter læta uideri:
Cum te sanguine multo,

Pauones Iunonis currũ trahunt.

Multo & thure sacerdos
Lucos subter opacos
Coelo deuocat alto.
Nunc sed iunge frementes
Bello saeua quadrigas,
Tecta & casside crines
Hastam concute, semper
Hostis caede fluentem.
Namq; ex urbe iuuentus
Cedens saeua minatur,
Coniurata uetustos
Ferro diruere Argos.
Pauor heu quantus pectora turbat.
Horrent, uideo, rura sagittis,
Densus ut albet campus aristis,
Quassat galeas parsq; comantes
Equitum turmae celeresq; ruunt.
Senium, contumeliose à mulierib. dictum est. *Vnum qui pote senium tot manus*
Iuuenum patrijs pellere regnis,
Incendia, caedesq; minantum?
Agedum. probibe, disijce, dissipa
Notus ut Libycas tollit arenas,
Miscens nebulam pulueris atri,
Tua qui moenia diripere uolunt,
Maxima Iuno.
Ergo, id est causa. *Vnius omnes uirginis ergo*
Eandem miserae aut mortem oppetimus,

Aut

Aut captiuæ trahimur rapidum
Per mare cunctos famulatum annos.
Nil commeruit tamen infelix,
Trahere unà æuum infœcundum omne,
Patris imperiò iussa tyranni.
Decus heu frontis lumina nitidæ. Danaes pulchritudo.
Heu coma, color & , nix uelut, aut prior,
Comitata choris cum uenit, ipso
Ioue digna, tuus ni uir is esset.
Forsitan illis pascere ocellis
Mauult, quàm alios, se pater ipse,
Sibi nec patitur uellier aula.
Improba nam quò non penetrat Venus?
Arabum regis nata cupidine Myrrha amore patris capta.
Capta nefando, palluit amens.
Tenebris cœcæ fretaq; noctis
Latus obtulit, heu, dira parenti.
Caluit tanto iecur igne ferum.
Sed quò celeri pede turba ruit?
Quid stupet omnis? tenuitq; gradus?
Libet ire simul. lachrymæ ore cadunt
Pariter cunctis, miseramq; uocant. Miseram, Danaën intelligit.
Timeo quid sit, temere neq; enim id.
Ibimus, & si nimis arcta uia est.
Sine, ego anterius paulùlo eam, rogo. Sine.) turba rogat Chorus, permit
Iam iam perimor. miseram quò tu?
Quò me trudis? carbasa desere.

b Venit

tat sibi ulterius progredi.

Venit exultans sonipes quantus.
Age te huc propere, age te huc, cedo manum.
Bene sed, bene. iam euasimus. agite.

Iactantur mulieres in turba.

Via se amplior in campum laxat,
Huc, ubi regia tollitur ingens.
Quò ruit omnis turba properiter.
Accedam propè cernere, quid id est.

Sed pro.) Rogatus ab Acrisio Vulcanus, turrim diuinitus cum Cyclopibus statim cōflauit, ut suo loco ostendetur: ubi rex filiam sine mora inclusit, metuens ne sibi illā dolo, aut ui abstulissent proci.

Sed prò Iupiter, unde repente
Nata est ingens, altaq; moles,
Super aërias ferrea nubes?
Obdunt uectes limen aheneum
Septum immani cardine circum.
Caua uix phœbi lumina tenuis
Recipit densis fixa clatris
Rara fenestra. quis auctor, & opifex
Operis tanti fuit operosi?
Tacite applicuit bibulas omnis
Populus querulis uocibus aures.
Andire libet, carcere questus
Quis tam uasto iactat inanes,
Et lamenta promit in auras,
Gemitus tristes geminans miseriter.

ACTVS SECVNDVS.

Deploret calamitates suas Danaë, cum à parēte in turri ferrea esset inclusa, eamq; nutrix consolatur. Iambici Senarij, extra decem Anapesticos Stesichorios senis & ipsos pedibus procedentes: quorum primus est, Pater ô superum.

Quando

DAN. CHOR. NVT.

QVando meis sors inuidet mortalium — DA.
Aures querelis, alloquar uos Cœlites.
"Qui templa quamuis celsa colitis Olympia,
"Auditis attamen pias properè preces.
"Latet abditum ac nullum penitus usquam nefas;
"Quin mille desuper oculis, quot sidera
"Noctis per atras frigidæ tenebras micant,
"Spectetis usq; sceleris ultro uindices.
CH. Sile, sile; ipsius uideor audire iam
Danaës misellæ uoculam lachrymabilem.
DA. Sed heu quid infelix ego primum querar?
Primum aut fleam? Pater, ô pater, me siccine
Nuptum dari? hos thalamos parari? has nuptias
Mihi celebrari? quod facinus ausa impium?
NV. Corrumpit ora lachrymis nitentia.
Regina felix nimis obijt, hæc non uidens.
Relicta in atrum hunc diem anus ego, uitã traho.
DA. Scelesta nunquid hostibus patriam feris,
Patrisq; prodidi sacrum Regis caput?
Quondam uelut nefanda Nisi filia,
Amore sæuo & impotenti perdita,
Furtiua dempsit auream fato, comam.
Volitat pauida nunc unde sub nubes fuga,
Lugubre resonans, sceleris heu nunquã immemor.
Tamen illa felix, ora quamuis mollia
Durata rostro prominent deformia;

Innumerabiles deorum oculi, quibus illi facta hominum obseruant.

Regina, mater Danaës.

Scylla Niso parenti capillum aureum subduxit

Galea.) une de galerita dicitur genus auiculæ. Agricola auis, multiuaga.

Paruumq; plumea caput galea tegit.
Agricola siquidem, qua libet, uolucris uolat,
Camposq; peragrans multiuaga uidet auidè
Vbi nemus, ubi fontes, ubi Tempe uirent,
Vbi flumina scatebris sonant caua frigidis,
Vbi mille quondam septa uirginibus fui,
Tibi cum sacra ferebam Proserpina, floream
Metens apricis saltibus messem dea.
Quæ nunc memor quin gratiam referens, iubes
Me regia natam domo, Styga transuehi,
Seruitum in omne seruitutem æuum tibi?

CH. *Audin? cupit mori. excutit lachrymas mihi.*

DA. *Iamq; mora nulla est, quin trabe sub hac ænea*

Sic. laqueo suspensa. Ipsa Danaë uult sibi esse Atropos. Pro lacertis, mariti.

Linquens cadauer pendulum, sic, horridam
Soluta mortis munere, effugiam domum,
Nouumq; carcerem: ipsa mihi niueum prius
Vitale stamen, nunc nigrescens abstraham:
Et quam uiri non abstulit lateri manus,
Ceruice zonam pro lacertis ambiam.

NV. *Mors ò mihi sera, his meas quin obseras*

Fletibus, Danaës.

Aures querelis? lumina his quin fletibus?

DA. *Vale diu, memor uale. miseræ doleo*

Sicui, aliquē è procis significat.

Sicui negatus forsitan Danaës torus.
Vltusq; cæde lugubres tumulo notas.
Valete cœtus uosq; uirginei simul,
Et quando tedas dij uetant Hymeneias,
Quatite rogo manibus faces mihi funebres.

Hæc

Hac gaudeat pompa genitor, ac præficæ. — Præfica mulier, quæ conducta plorat in funere.
Plangentis obstrepat querulus aures sonus.
NV. Rapuit, uide, zonā furens. Mea tu quid
Alumna? quo te tantus impellit dolor? (hoc
Vltrò ut, nefas, mortem uelis tetram mori. — Mea tu. amātis est hoc.
DA. Sine, per ego Superos rogo, nutrix sine.
Tuum'ne uiuens ut ego funus conspicer? — NV.
Tædet tueri, quod relictum est, ætheris, — DA.
Vulnere oculos heu tam graui feries meos? — NV.
Mortis ego particeps cupio iam omnis mori. — DA.
Sparges& semper fletibus aniles genas. — NV.
Animæ atq; reliquum corpore ægro expellere. — DA.
Tibi superstes egon' !obis tu me prius, — NV.
Annis cadens puellula florentibus?
In hunc reseruant fata m:seram me diem?
Munus& id ego ut habeam mihi extremum iubes?
"*Quibus est acerbum uiuere, ijs dulce est mori.* — DA.
"*Vna semel aufert mors bona omnibus omnia,* — NV.
"*Vt flumen impetu sata auulsa abripit.*
"*Eadem& sentes uellit animis asperas.* — DA.
"*Vt ignis imbre, morte sic dolor interit,*
Quod si tuæ miseret, iuuas quin me? aut finis
Vltro ire? ubi antelaboribus positis ferunt — Antelabores.
Manes quiescere sedibus tandem pijs,
Obliuiosi prope uada sacra fluminis, — Lethe fluuius obliuia inducit.
Viride nemus quæ myrteis sepit comis,
Frondoso opacans tegmine herbarum toros.

Nigreſcit atris nunquam ibi aër nubibus,
Alterna nec uox eripit tenebris diem.
Heroidum tenet loca illa frequens chorus,
Lucos pererrans garrulos auium ſono,
Ioq́;, Ledaq́;, Semeleq́;, Europaq́;,
Honore quoq; digna Iouis amatorio
Electra flaua, Maiaq́; ſoror candida.
Cupit animus quas uiſere. eſt ubi regio
His conſecrata, pœniteret quam loci?
NV. „ *Rumpere uetat aliquem ſibi uitam deus.*
„ *Nec parricidium graue eſt æque, ac ſuæ*
„ *Si quis animæ non ſuſtinens onus, abijcit.*
Manet hunc alumna Tartari domus impia,
Deiecta terras ſubter imas, ardui
Vix quantum in auras ætheris polus eminet.
Quò deſpicit nunquam ipſe, quin paueat procul,
Cunctis tremendus cæteroquin Iuppiter,
Nox atra tantis terret umbris, oraq́;
Hiant figuris tam feris immania.
Pœnas quis omnes omnium fando explicet?
Hic ſumit ora Tigridis, hic ululat lupus.
Pars merſa lamis grunnit uſq; paluſtribus.
Pars tortuoſos callida ſibi fodit ſpecus,
Caudata fugitans tricipitis rabiem feræ.
CH. *Crudeliter qui uixerint, quiq́; improbe,*
Qui nequiter, quiq́; ſcelere inſtructi, ac dolo,
Has, luce ubi ætherea carent, pœnas luunt.

Cæteroquin, idẽ eſt, q; alioquin, utroq; utitur Cicero.

Multi homines erũt poſt mortẽ aut tigres, aut lupi, & ſues, uulpes etiã.

NV.

NV. Nec unus angitur siti mersus lacu.
Cadauerosus uultur aut unum comest,
Euiscerat sed plurimis resecans iecur.
Gemunt anheli sub onere plures graui.
Celeresq́, turbinis modo, uinctum puer,
Quem torquet, amento explicans, uersant rotæ.
Nullum sed agit æque furor, ac illum manus
Sibi qui intulit. Nocliquerula uelut auis gemens
Carmen sepulchretis canit lugubriter,
Sthenobœa replet questubus Ditis domum,
Iuuenem ausa mulier credulo nimium uiro
Deferre criminibus, malùm, insontem nouis.
Quam mox amor rediens, & insanus dolor
Claudere diem modo mœrentem perpulit.
Nostris furor is arripiat animos hostibus,
In melius hæc alumna iam uertet Deus,
Sinet diu nec immerentes deprimi.
An non Lycaonis misera gemuit feris
Hirsuta uillis, tesquaq́ peragrans aspera?
Quæ nunc supremo semper elucet polo,
Dubiosq́ ducit nauitas mare per uagum.
Inachis & olim cernua gerens cornua,
Nili fluenta dea prope colitur uberis.
Iamq́, nisi fallor, augur en noua nuncio,
Teli, uides, ministra ineuitabilis,
Magni Iouis satelles, ut fulua, ambiat
Conflata ferro tecta sublimis uolans?

Complures apud inferos Tantali, Tityi, Sisyphi, Ixiones.

Nocliquerula.) cuiusmodi est bubo, aliæq́; aues lucifugæ.

Calisto Lycaonis filia in ursam, deinde in sidus mutata. Io Inachi filia ab Ægyptijs inter deos collocata.

† Crathis muros alluit Consentiæ urbis. Haud temere adest. age mecũ alũna, agedũ Iouis
Numen agedum precare prece, mihi quam pius
Vates reliquit natus ad uada †Crathidis.
Syla Cõsentina cæteris Italiæ syluis antecellit. Pineta tollit ubi sub auras ætheris,
Paßimq; fontibus scatens Sylla obstrepit,
Ac mille gelidum fistulis recinit nemus.
Hæc præstat Oenotriæ una syluis omnibus.
DA. Video sacram nutrix auem, uideo, Iouis.
Speculæ.) Et speculæ iniecit aliquid dudum mihi.
paruæ spei, Sed age, nouas aueo preces audire, age.
Plautus utitur, & Cicero. NV. Pater ô superũ, cœliq; potẽs semper nitidi,
Radijs etenim micat interdiu Apollinis ignei,
Rutilatq; per atram sideribus noctem tremulis.
Nequeunt uenti quas extinguere, pluuiæq;, faces.
Canere ecquis mortali te uoce potest Iuppiter?
Immota mouens qui terrarum pondera quatiens,
Vada mobilis & pelagi cogis ueluti glaciem.
Hominum tibi sit rogo gens curæ. uiden' ut misera
Vaga mille uijs, errabundaq; semper fluitet,
Corporis agitata laboribus, & curis animi?
DA. Cedo sacram mihi tabellam. NV. Age iã cape.
Decollare est aliquid è collo eximere. uetus uerbũ. Decollo quam primum tibi nunc pendulam
Ceruice. nunquam ex quo data est, posui, meo
Sed pectori hæsit semper hæc mihi diu. (manus
DA. Ediscam. N. humi summißa ter cane, ter
Extolle. DA. Teneo. N. crede sed, nil nõ Iouẽ
Posse. minor hanc deus faber si condidit

Reperer

Repente malleis domum, maior potest
Eandem citius aut soluere igni tabidam,
Rapidis dare uel Euris perustam fulmine,
Te sospite, olim disperiit ut mons triplex
Congestus, unde stulta gens Titania
Centipes adorta coelites bello fuit.
Ibo seorsum supplicatum nunc Ioui.
Sine teste nam magis rogantem audit deus.

DA.

Queritur Chorus, sibi frustra acupictã uestẽ & serta pręparasse, ut exquisito insignis ornatu Danaës nuptias celebraret, eamq; absentẽ alloquit. Iambicum Euripidiũ tripes, cui syllaba adhæret.

CHORVS.

MOdo Phrygios amictus,
Modo subtiles corollas,
Serens mihi parabam.
Quibus implicata capillos
Myrrha madentes pingui,
Tibi choros agitarem
Insignis Acrisione.
Ne fronte uagus, & errans,
Dum uerso saltans orbem,
Solutus impediret
Me tortilis cincinnus.
Micantibusq; loton
Digitis puer sonoram
Tibicen inflans aderat

Veste Phrygia nihil apud antiquos speciosius.

Serens) à quo appellatum est sertũ.

Loton sonoram.) tibiæ periphrasis.

 Meditatus

Meditatus Hymenæum.
Nunc immerentem mœrens
Abiecit, olim ut Pallas,
Liquentibus cum uidit
Speculis tumentes malas.
Querar & ego, querar te
Raptam mihi, tam sæuo
Te carcere coërceri.
At ore semper udo,
** Sipylus abundat usq;*
Flebilibus ut mons undis.
At uoce semper tristi,
*Quali sonans * Aedon*
Flet coniugem, aut inuolucres
Fœtus, inani extractos
Nido, leuiq; clausos
Vimine tuens tabescit,
Circumq; uolitat frustra,
Ramo sedens, mox ualles
Cauas replet querelis.
Sperare quod tamen audes,
Non irritum faxint dij.

Specula liquentia, pro aquis posita, ubi se Minerua inspexit buccis distortis.

Querar & ego.) ut tibicen adolescens.

* Sipylus, mons semper lachrymosus.

Vimine leui.) caueam significat, et respexit ad carcerem puellæ.

* Luscinia.

ACTVS TERTIVS.

Miratur Acrisius turrim æneã à Vulcano, uix rogato, tã repente fuisse excitatã. Iambici septenarij Aristophanij. Chorus semel atq; iterũ paucis loquitur, carmine eiusdẽ generis, sed ternario Anacreõtio. Actio gratiarũ ad Vulcanũ, cõstat è Senario

rio Hipponacto. Scazon, id est claudicans dicitur, & idcirco accommodatissimus est Vulcano. redit deinde ad septenarium.

ACRISIVS. CHORVS.

Quid cogitare quispiã potest mortaliũ (illico? " AC.
Ita arduũ, expediãt, uelint modo, quin supi "
Etsi hoc mihi infixum hæsit in animo semper meo,
Rẽ nunc stupidus, ac uix mihi credẽs tãgo manu.
Factum'ne posteri putabunt, an fictum hoc magis?
Aetasq; ueniens iam nouam autumabit fabulam,
Quæ mira præstat omnibus dubio reliquis procul.
Arcem rogaui, filiæ ubi latebræ essent meæ,
Vt tuta ab insidijs procorum, & uiribus foret,
Vulcanũ opificem ipsum omnium unũ sollertißimũ.
Ex quo etenim is Argiua chalybe ex contuso mœ-
Immania posuit, puer merito Iunonius (nia
In urbe matris æde colitur aureus sacra.
Vbi uictimas furuas quotannis, fractis cruribus
Ritu immolant solenni ad ignes succincti popæ.
Quò transmigrat frequenter Aetnæis è rupibus,
Celeriq; pede uenit ocyus uolucribus loripes.
Vbiq; enim pie uocatus subito adest deus. "
Vixq; precibus rogatus ingentẽ sonitũ excitat.
Strepere õia tonitru, inq; numerũ ictus audirier,
Omnisq; mugire procul alta conuexa ætheris,
Incudibus gementibus, reboanti uerbere.
Dictoq; citius, ut imbrifera nubes extollitur

Puer Iunonius.) Vulcanus, Iunonis filius.

Aureum simulacrum Vulcani.

Vulcano pecudes claudæ cædebantur.

Popæ uictimas feriebant.

Repente, montis instar, æquoreis è fluctibus,
Ilicet oritur ingens cacumine turris arduo
Litteratis.) Ferrea uelut opere facta ad unguem tota fusili.
inscriptis. sic Remq; notat ipse litteratis omnem postibus,
Plautus. Hæc esset ut cunctis nepotum nota seculis.
Vbi latet abdita uirginum Danaë decus omnium,
Semine ex illius) Cerberus est is, qui Pirithoū laniauit. Canibus ad ipsas excubantibus semper fores
Immanibus, semine satis ex illius, procax
Quem sensit olim adulter incestans Ditis torum.
Euellat hanc sibi nunc manus minis superbiens,
Vix datur aditus ipsi, potest cætera qui Iuppiter.
Nunc gratulatum ibo, nihil posthac metuens, deo.
Ipsisq; mercedem merentibus reddam fabris.
" Nam nō pecunia dijs, ut hominibus, animos capit.
CH. " Iamq; ingredior adytū, fauete linguis, dum loquor,
" Nefas strepere sacris,
" Nefas fremere: gradus
" Sistite, silete iam.
" Nostrum loquax nimis est
" Muliebre, ut aiunt, genus.
" Audite: Dijs honor hic
" Debetur, & regibus,
Puer, pro filio. Qui proximi sunt dijs.
Vulcanus Iouis ex Iunone filius, reli AC. O nate Iunonis toro puer casto,
Ex omnibus, quot Iuppiter deos seuit,
Passim per orbem filios uagus spargens,
Vt esset alti seminarium cœli,

Ac

Ac pullulans nouella gliſceret proles
Translata terris in ſerena conuexa,
Iure unde maximi fores olympi hæres,
Si tamen Ioui ſi ſectile Atropos neret.

qui fratres è mulieribus nati.

Tu primus ipſi incognitum patri fulmen,
Volans, triſulca cuſpide fremens, igneum,
Excogitaſſe diceris, manus cœli
Eſt auſa cum regnum aggredi Gigantæa.

Fulmen qui, et quando inuenit.

Es aſſecutus unde nuptias natæ,
Longis fouet quæ noctibus fatigatum.
Te non Gradiui terruit furor ſæui,
Quin inuolutus mille nexibus cœcis
Adulter annum pendulis daret pœnas.

Martis ſuſpendium.

Tua mihi ſed pace ſi licet fari,
Molitus es nunquam ullum opus, uel ingens, uel
Tutum, uel affabre, ac repente ſic natum.
Vt quæ perennis eſt mea domus natæ,
Nullis caduca ſeculis, manens uſq;.

Quare tibi nunc plurimas ago grates,
Ac maximas, quin debiti reus uoti
Centum immolo iuuenculis patres iunctos,
Totidemq; temeti amphoras notæ Creſſæ.

Notæ creſſæ.) id eſt, optimæ, ut eſt uinum Creticum.

Tu honore tantum paſcere: haud enim fas eſt,
Mutabile ut ſit nectar bis cruentatis
Obſonijs, ac pinguibus bene omentis.
Sit uiſceratio hæc Cyclopibus, ſeq;
Ingurgitent, atq; hauriant cados uini.

Voce

Voca Cyclopas, aduenit fremitu turba strepens,
Abiegna sylua tollitur uetus, densaque uelut.
Nil est uocatore hic opus. quot accurrent, dapes
Methymnæus ager uino abundans. *Explere quæ tantos queunt? pauxillulum quoque*
Est Liberi. Methymna non una his satis foret
Vinosa. comiter, benigneque accipiam tamen.
» *Facit ipse sermo, ac uultus homini nonnunquam*
» *CH. Nihil exhilarat animum (satis.*
» *Aeque, ac ubi rex uidet*
» *Te lætus, & fatur*
» *Quæ uis, libens: aures*
» *Hic mulcet hominum magis*
» *Concentus, ac lyra.*

Reddit mercedem fabris ferrariis Acrisius. fitque ebrius Polyphemus, epoto uini dolio: unde pugna inter eũ exoritur, & Cyclopes. Eiusdẽ generis carmẽ septenariũ. Nec uero quicquã refert, Polyphemũ hic induci ab Vlysse iam excęcatũ, cũ id aliquãto post Acrisium accidisse poëtæ finxerint. Quis enim nescit tẽpora, pręsertim in fabulis, nõ semper à poëtis custodiri? Illorũ est hoc munus, qui annales scribunt, aut historiã: quã tamen ipse Virgilius sic mutat, ut Aeneã multis seculis, quàm ipsa fuit, antiquiorem, hospitio excipiat Dido, Carthagine nondum condita: passimque talia apud Græcos Latinosque poëtas occurrant.

ACRISIVS. PYRAGMON. STEROPES. BRONTES. POLYPHEMVS.


Fabri

FAbri Iouis, socijq; Vulcani, inuictum genus AC.
Labore, de me plurimũ meriti, ac regno meo,
Agite, capite uirtutibus tantis nunc præmia.
Ac gratiam præter, quã habebo semper maximam,
Pecuniamq; præter immensam, uestræ parem
Operæ, hilares lautis simul mensis discumbite.
Prius tamen talenta humi famuli diffundite.
Vtraq; largiter capite manu, quæ debeo.
Quid statis? PY. adsumus. pustus barbã, ut Ae-
Indusq; ego, uerso tenaciter dum forcipe thiops,
Fornacibus massam chalybis ardentibus grauem.
Quasi leue foret immanibus stridentes follibus ST.
Haurire uentos, per uices atq; exprimere diu,
Quantũ Aeolia uix efflat ipsa olim cõcaua domus.
Apagete, malleis grauibus incudes contudi, BR.
Fractasq; liqui uerberibus aßiduis, maximus,
Instarq; iaculorũ ora ac oculos feriebãt mihi, anti?
Stricturæ anhelo. uiden' adhuc uulnera ut appare-
Quiescite, manete. fremere nihil opus. est ũde enim AC.
Vestris queam laboribus, quod est par, reddere,
Dijs gratia, atq; opum omnium Summano diuiti.
Vestro tamen duci ante, ut est æquũ, auro largius
Impertiam. nihil flagitans tacet, uirum ut decet.
Polypheme Cyclops, finib. iã inde Siculis rate
Qui uectus huc Neptuni ope celeriter ades, cape.
Percussa modo Abantis micant facie numismata.
Bis mille tibi sunto. minus dimidio singuli

Summanus diuitiarũ deus.

Abantis.) ex quo natus fuit Acri

Vos



fius, capitulū expressum in numismate. Vos capite. adeste simul. Pyragmō en tibi sacculū,
Tibi sacculū alterū accipe Brotes, numero parē.
Steropes ubi est? ST. adsum. A. alterum quoq;
tertium cape.

Abantæi, ut Philippæi. Cyclopion, diminutiuum est.

Viritim Abantæos dabo quingenos cæteris.
ST. Cyclopiō patercule nihil opus posthac erit,
Obambulans ut quærites uictum precario,
Lustransq; tuguriola minutatim asses congeras.
PO. Ego rex tuæ benignitati debeo satis.
Inustus at dudum siti fauces uix queo loqui.
Voluensq;, baiulansq; ceruice, atq; humeris trabes
Miser æreas, exuctus humore omnis arui.
AC. Solium ingere, exple, prolue spumanti te diu
Baccho. sed olfacito prius. PO. Papè, nectar su
PY. Odisse nōn adhuc uel ipsum nomen Liberi (pra.
Vt execrandū? es immemor Ithaci, pater ô Cyclops
Cum, qui unicus uidebat. oculo emisti prodigus

Maronæum uinum Vlysses dedit Polyphemo.

Vrnam Maronæi. fuge edoctus rursus malum.
PO. Auertere quib. quærit artibus cupas meri,
Sibi uult relinqui. absterret idcirco uultur catum.
Quid ais fatue? quasi pœniteat. aut faciam bili, nihil
Videre. lumen quin reluceret si iam mihi,

Orion cum hospitis filiā uitiasset, atque idcirco esset excæcatus, oculos re

Vt patre fertur olim Orion eodē, quo ego, satus,
Effossus utrunq; oculum, iterum oculatus cernere,
Impenderem nunc denuo, nollemq; abstemius
Fieri Argus. age iā uina transfundā ex hoc dolio,
Licet pusillo, in alueum. Quid hoc? uah nil dolet,

Viæq;

Viæq; longinquæ piget, laboris & nihil. — cepit Solis beneficio.
Iam addico me rex nunc tibi totũ, operã quoq; meã
Iugem, perennem, compede impeditum ferrea
Noctes diesq; defatiga, hac me mercedula. — Mercedula; blandientis hic est, non contemnẽtis.
Quin cape, tuam tibi habe, libens reddo, pecuniam.
Diues satis etenim sum ego, hac tantũ re exuberãs.
Nũ pereo? pandit ut ora toruus. adest adest ꝓpe. AC.
PO. Audite sed uos, animum et aduertite. Nemo
Parere non mihi, cicatrix etsi palpebram audeat
Deformet ingens, cæcus ac talpa cernam minus.
Heros ego Neptunius rex Coelitum Cyclops
Edico, stillam nemo delibet liguriens
Laticis mei. quin hinc facessite, & sicui sitis
Molesta, paret is sibi alium. permitto hoc, ac sino — Polyphemi liberalitas in socios.
Benignus. hic regem decet tantum, genitum et deo.
Contemnat at si quis, manus sentiet is iam diu
Suetas cruore noxiorum spargi, atq; oblini.
Quid hic fremitus? adesset Alcides mihi cadum
Abducere, hoc ego fagino contra clauam scypho — Excetra.) hydra dicitur græce.
Facerem alterã excetra magis metueret belluam.
Gellis procul uinarijs iners plebecula. improbum.
Quis hic? bibe hoc prius, etiam tu hoc, teneo iam — † Pro foribus cellæ uinariæ, quã in Bacchi uatẽ appellat.
Obtortus ibis nunc gula poturus Stygis aquam.
† Pro foribus astabo, sinã nec Liberi sacrã ades
Sedẽ ꝓphanus penetret hãc quisquam. thyrso huc
Armatus ô Bromie, Bromie. tuumq; maximum, — Polyphemus Bacchi sacer
Atq; unicum adiuua sacerdotem contra ebrios.

Bibulum Cyclopem Polyphemus pede pressum exanimat.

Irudo uini quò scelesta repis per pedes
Illapsa medios? morere sitiens, oppressam obtero.
Circum crepat lagena multa aures iacta undiq;,
Frustra. nihil mouebor hinc, ipsis neci datis.
Iactisq; consternam cateruatim reliqua agmina.
Cunctisq; deletis, dabitur illico Danaë mihi
Lepidißima omnium, omnium longe ualidißimo,
Reliquis repudiatis procis catamitis improbis.
Ego regius gener, ego iam sceptro ac diademate
Insignis, ego iam diuiti successor regiæ,
Ego Acrisij opum legitimus hæres. quid peßimi
Inuaditis aliena? io Argiui accurrite simul,
Adeste regi, ac improbos bibaces, in fugam
Versos sequimini, cædite, trucidate, extinguite.

Tria sunt in his duobus carminibus uerba hepta syllaba, stylo Tragico apta.

BR. Quid contumeliosius superbiloquentia
Tanta? uel esse mihi quid intolerabilius potest?
Quid tu Pyragmon? emori mauis miser, simul
Cædi additus tot immerentium? uel ut decet
Fortem, bonumq;, pellere iniuriam, & ultor tuæ
Gentis, scelus durũ, ac nefandum tollere funditus?

† Circumsiliamus. quia aliorum omnium longe erat altißimus Polyphemus.

PY. Egon? æstuans acri dolore dudum cogito
Teterrimam pestem modo excidere. diu, diu
Pertulimus immanem tyranni feritatem horridi.
Age Steropes, Brontesq;, † circunsiliamus leues.
Iam malleis oportet his tempus perrumpere
Vtrunq;, cæca frontis & refodere uulnera.
Vt robur ictum undiq; securibus, nunc concidet.

Iam

Iam iam ſequimini.tu latus læuum,tu dexterum,
Aduerſa pulſabo ipſe tempore eodẽ ora grauiter.
Monſtrũ peribit hominib.hodie inuiſum omnibus,
Vitaq́ nunc mercabitur Lyæi munera. (procul. Vita.) non o-
PO. Congredere iam minax,tonans uerbis tutus culo, ut pri-
Captum ore glutiam,uolabis uel ſparſus diu us.
Per nubila.fugax bella quid geris? ſequar,ſequar.
Habeo,teneo,periſti.abit pro diſcerpta manu.
Reliquit ori bucceam.quin tandem comminus
Committeris? laſciua circuit uulpecula
Fugitans,ſtatariamq́ metuit pugnam callida.
Tamen habuit.inane cape ſolium inflictum tẽpori.
Tuq́ obliga uulnus.trahe,trahe humandũ aliũ pe-
Haha ebrij unũ ſobriũ tot pauitant,ut canes (de.
Leonis aggreſſus timent collatrantes procul.
Facite impetũ.circundate obſeſſum, et contundite. PY.
Malas,agite, findite feras:toruas findite genas.
Rictu excutite molas cruento exertas, horridas. Polyphe-
Plagis ſonent tempora nouis.cædite,ſternite ferũ mus dentes
Inhoſpitalem, anthropophagum, hominum oſo- habet exer-
rem,ac deûm, tos, ut aper.
Trucem ſuorũ uictimarium. PO. Fer opẽ pater
Neptune:pereo iã miſer.PY. Ditẽ potius uoca.
Diti immolo,nigriſq́ manibus atram belluam.
Tandẽ ruens uaſto ferit pectore moles humũ.
Rugit cruentus animam agens.cadauer linquite
Paſtum feris immanibus,uos ſed diſcumbite,

Vestram, illiusq; portionem potantes meri,
Ac næniam mecum canite læti Cyclopeam.

Pyragmon, uelut præfica, Polyphemũ humi afflictũ, atq; interemptũ iocosè alloquitur. Intercalares uersiculi bipedes sunt anapestici, reliqui quadrupedes eiusdem generis, ut primi pars Chori.

PYRAGMON. TVRBA CYCLOPVM.

PY. *Age, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
Fumant positis lancibus exta,
Patulis nec dum naribus afflant.
Aurita sonant pelues necdum
Crepitantes tua tempora circum.
Mecum rursus conclamate.
T.C. *Age, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. Nunquid longo fessus ludo
Reficis somno te sopitum?
Somno infelix heu letali
Torpent, uideo, membra sepulta:
Altius iterum conclamemus.
T.C. *Age, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Nares Polyphemi, et aures patulæ.

Crepitantes.) quod inter bibendũ nonnũquam fit à uinosis.

Ergò

PY. Ergo posthac lætas nunquam
Pastor ages ad saxa capellas
Dumosa uagus, nec resonabit
Per opacas caua fistula ualles,
Nullis unquam garrula seclis.
T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. Spargite dulci membra Lyæo.
Glaucus ut olim gramine tactus,
Rediuiuus erit sparsus Iaccho. Glaucus ab Aesculapio in uitam reuocatus.
Metuo tamen heu, metuo, ne mox
Epulas omnes sorbeat, & nos.
T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. Frigidus orat transmissurus
Horrida Cyclops stagna phaselo,
Frustra, molem non capit alueus.
Superis ergo pulsus, & Orco
Non admissus, nullibi eris miser.
T.C. Age, surge Cyclops.
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Exanimatus pauore cum se è turba Cyclopum iam inter se ipsos sæuientium confestim surripuisset Acrisius, secum loquitur iambicis Senariis.

ACRISIVS SOLVS.

VIuo ambulans? an ut ferunt, manes suis
Exire luridos sepulchris, mortuus
Erro? ubi miser sum? obij ne? uiuo ego iam, sed heu
Comitum cohors ubi? perijt omnis reor.
Hoccine hominum tellurem alere? prò Iuppiter.
Tumultuantibus meri propter cados,
Ac se intuentibus oculo minaciter
Toruo Cyclopum ducibus, excessi ocyus
Vix integer, uix compos animi, territus.
Nunquam cor æquè inhorruit. sanguis super
Intra coactus uiscera obriguit gelu.
Nec adhuc metus parcit quatere præcordia.
Quid heu si Iaccho feruidi, Lapithæ uelut,
Aggressi ahenam nunc domum, miseram patri
Abducerent? non unus Argos Dis tenet *
Raptor puellarum. metuere tunc sinam
Demum, cita rate cum reuectos audiam
Aetnam reuenisse usque, uel mari obrutos
Perijsse, squammigeris pecudibus pabulum,
Mergisque edacibus pelagiuolantibus.

Lapithæ ebrij in puellis uim fecerunt.

* Pluto Proserpinam rapuit.

Ostēdit chorus, nōnunquā in eos potissimū fortunā sęuire, quib. maxime fuerit benigna. Trochaicū Euripidium è tribus cōstans pedibus & syllaba.

CHORVS.

VT nihil lætum diu, "
Dij fidem uestram, manet. "
Quin beat quem sors magis,

Quem

"Quem parem superis uehit
"Hunc repente, turbinis
"More furentis, turbida
"Sæpe correptum opprimit.
"Quem pupugit nunquam, ueniens
"Scindit hunc grauius dolor,
"Indomitus uelut equuleus,
Cum foditur stimulis nouis,
Insolens ferociter
Tollitur exultim solo.
Vidit Acrisio hoc nihil
Lætius unquam sol, terens
Volucribus cœlum rotis.
Vnde hominum tuens, refert
Cuncta Ioui. isq; Aegide notat, †
Quicquid agunt, fantur, putant,
Oblinens atro uitium,
Rectum ac albo insigniens.
Nunc quot heu premitur malis,
Imminens fatum hinc sibi,
Hostium hinc metuit minas,
Cœlibemq; flet unicam
Natam, ac orbatam domum.
Quin &, unde poposcit opem,
Nunc Cyclopas horridos
Effugit exanimis metu.

† Quæ fiũt ab hominibus, scribit ipse Iuppiter in corio Amaltheæ nutricis, carbone, aut gypso

ACTVS QVARTVS.

Attonita secũ loquitur Danaë, cum è turri, quo in pluuiam auream mutatus penetrauerat Iupiter, euolasset: mox omnia nutrici enarrat. Iambicum Euripidiũ ternariũ, addito semipede: deinde ad finẽ usq; carmẽ eiusdem generis, sed senarium.

DANAE. NVTRIX.

DA. *Quo fugit heu, quo fugit?*
Elapsa manibus ut auis,
Abijt uolans: ubi quæram?
Nusquam heu uidetur, nusquam.
Vigilans loquor? an illudit
Imago somniantem?
Age, excito iam me, atq;
Somnum excutio: iam cerno,
Tango, ambulo, audio me
Iam nunc loquentem: an fallor?
Nutrix age, mea nutrix,
Perij. NV. Quid est? DA. quæ uidi.
Quid mea stupes? DA. heu. NV. Fare. NV.
Iam iam occidi NV. Miseram me. DA.
Quiesce alumna dulcis,
Quiesce: tingit quantus
Te pallor. eloquere dum,
Quid passa? DA. Iuppiter. NV. se
Mea sospitet. quid trepidas
Exterrita? quid horridula
Riget coma? quid hoc? eheu.

Hic

DA. Hic ipse, Iuppiter ipse.
Deliquit animos. ô quæ
Spectare contigit. uix,
Dum cogito, mihi uix
Credo. preces piæ à dijs
Quid non queunt? NV. Exanimas
Pauidam mora. age dic tandem.
DA. Iam cellulam, impedit pauor me proloqui,
Dicam attamen, pedem intulissem cum modo,
Supplexq́ prospectans plagam extremi ætheris,
Sol unde currus excitat, linquens mare.
Sacrisq́ precibus, quas mihi nutrix, beans
Me sponte tanto munere, dedisti, Iouem
Superum omnium longè supremum deuocans
Cœlo, rogarem, opem mihi ferret deus,
Noua feram, inaudita, fidem & exuperantia,
Pelago rosea nubes procul se sustulit,
Qua nulla hilarius pingit aëra cœrulum,
Pluuiosa non ipsa decus Iris nubium,
Aurora mater lucis aut ipsa igneæ.
Ac uisa mihi magis magisq́ accedere,
Appulsa uentis leuibus, auis ut aduolat.
Mirata spectabam, nec id sine numine
Rebar, pependit ilicet prope culmina
Aëria turris æreæ cum immobilis.
Rapuit stupor tunc animum. & ecce ros sacra
Iam nube primum decidens sensim leuis,

 Tenui

cetur uisus est Iuppiter & Danaë. Danaë in Latium, ubi Roma est, gentium quondam domina, uento delata, regi nupsit Pilumno, et Ardeã cõdidit. Ardeæ.) nulla est nox, quæ tam propè accedat ad nomẽ Ardeæ.

Stellatus illic usq; fulgebit puer
Labore functus. te quoq; manent aspera.
Eiecta nanq; fluctibus patria procul,
Regis famula, dein uxor urbis arduæ
Longinqua pones mœnia, futurum est ubi
Regnum diu, populisq; multiloquis caput.
Hæc elocutus, iterum adhæsit applicans
Se collo, apis ut arguta considit thymo,
Tenuiq; nectar murmure exhaurit legens,
Mox auolans oculis, reliquit spiculum
Desiderij, amorisq;, nutrix. iam nihil
Dolet coërceri. quid ego uocis sonos,
Quid motum, & oris decus adoriar eloqui?
NV. *Lux unde modo sacra fulguraret, territa*
Mirabar, unde tantus hic odor nouus
Late per omnem dulce spiraret domum.
Sed quid? quid hoc alumna? residet adhuc nitor
Sparsus mitella, scobs ut aurea? DA. exime,
Sensim exime. uide, sed uide nutrix tamen,
Roris, nefas, ne decidat aliquid sacri.
NV. *Eburneam rape pyxidem, aut ex arculis*
Aliquam, sed exterge. bene est. serua. uides,
Auro præit quantũ hoc, stupet quo hominũ genus?
Ornaberis diademate, id equidem auguror.
Abiens reliquit capite regium decus.
D.A. *Quotidie eadem prece rogabo sæpius.*
NV. *Ita faciendum censeo. DA. at quoties putas*

Fas

Fas esse? NV. ter. mane semel: iterum cum dies
Medium rotis coelum terit feruentibus:
Dein ubi aderit nox, tertio. tunc maximè
Furtim reuisere superi terras amant.
Noctis mihi tempus quoque gratißimum. DA.
Duo sed relinquam reliqua non ego tempora.
Quid sæpius si deuocarem? NV. haud fas foret.
Cœlestibus etenim est numerus hic amabilis.
Animus tamen præsagit ingens nunc malum. DA.
NV. Expectora metum penitus omnem tibi.
DA. Præsens scio iam pœna nutrix me manet.
NV. Expue nefas alumna, melius ominans.
Plaudens cor intimum latus, cladem monet. DA.
In te quis unquam quippiam Ioue præside? NV.
Quin ipse nuncians metum iniecit deus. DA.
Aderit tibi, nec usþiam linquet suam. NV.
Patria carendum semper heu nutrix mihi. DA.
Vna est parens terra omnibus, ubi ubi fueris. "NV.
Domoque, comitibusque uidua æqualibus. DA.
Sæpe est ut exteri magis ament te tuis. "NV.
Famularier seruam heu genus me regium? DA.
Iam iam futura domina, nequicquam doles. NV.
Age, oscula, negata mihi post, da, dum licet. DA.
Te ego sinam sine me ire, quò fatum iubet? NV.
Tuæque memor alumnæ, ut usque sis, precor. DA.
Nisi ipsa fuero comes, mori quid nunc moror? NV.
Sed cur metuis, extrema fortuna uerit

Tibi

ſius, capitulū V os capite. adeſte ſimul. Pyragmō en tibi ſacculū,
expreſſum in T ibi ſacculū alterū accipe Brōtes, numero parē.
numiſmate. Steropes ubi eſt? ST. adſum. A. alterum quoq;
tertium cape.
Abantæi, ut V iritim Abantæos dabo quingēnos cæteris.
Philippæi. ST. Cyclopiō patercule nihil opus poſthac erit,
Cyclopion; O bambulans ut quærites uictum precario,
diminutiuum L uſtransq; tuguriola minutatim aſſes congeras.
eſt. PO. Ego rex tuæ benignitati debeo ſatis.
I nuſtus at dudum ſiti fauces uix queo loqui.
V oluensq;, baiulansq; ceruice; atq; humeris trabes
M iſer æreas, exuctus humore omnis arui.
AC. S olium ingere, exple, prolue, ſpumanti te diu
Baccho. ſed olfacito prius. PO. Papē, nectar ſuꝫ
PY. Odiſſe nō adhuc uel ipſum nomen Liberi (præ.
V t execrandū? es immēmor Ithaci, pater ô Cyclops
Cum, qui unicus uidebat. oculo emiſti prodigus
Maronæum V rnam M aronæi. fuge edoctus rurſus malum.
uinum Vlyſ PO. Auertere quib. quærit artibus cupas meri,
ſes dedit Po- Sibi uult relinqui. abſterret idcirco uultur catum.
lyphemo. Quid ais fatue? quaſi pœniteat. aut faciam bili, nihil
V idere. lumen quin reluceret ſi iam mihi,
Orion cum V t patre fertur olim Orion eodē, quo ego, ſatus,
hoſpitis filiā E ffoſſus utrunq; oculum, iterum oculatus cernere,
uitiaſſet, at- I mpenderem nunc denuo, nollemq; abſtemius
que idcirco Fieri Argus. age iā uina transfundā ex hoc dolio,
eſſet excæca Licet puſillo, in alueum. Quid hoc? uah nil dolet,
tus, oculos re

Viaq;

Viæq; longinquæ piget, laboris & nihil. cepit Solis
Iam addico me rex nunc tibi totũ, operã quoq; meã beneficio.
Iugem, perennem, compede impeditum ferrea Mercedula,
Noctes diesq; defatiga, hac me mercedula. blandientis
Quin cape, tuam tibi habe, libens reddo, pecuniam. hic est, non
Diues satis etenim sum ego, hac tantũ re exuberãs. contemnẽtis.
Nũ pereo? pandit ut ora toruus. adest adest ꝓpe. AC.
PO. Audite sed uos, animum et aduertite. Nemo
Parere non mihi, cicatrix etsi palpebram (audeat
Deformet ingens, cæcus ac talpa cernam minus.
Heros ego Neptunius rex Coelitum Cyclops
Edico, stillam nemo delibet liguriens
Laticis mei. quin hinc facessite, & sicui sitis
Molesta, paret is sibi alium. permitto hoc, ac sino Polyphemi
Benignus. hic regem decet tantum, genitum et deo. liberalitas in
Contemnat at si quis, manus sentiet is iam diu socios.
Suetas cruore noxiorum spargi, atq; oblini.
Quid hic fremitus? adesset Alcides mihi cadum
Abducere, hoc ego fagino contra clauam scypho Excetra.)
Facerem alterã excetra magis metueret belluam. hydra dici-
Cellis procul uinarijs iners plebecula. improbum. tur græce.
Quis hic? bibe hoc prius, etiam tu hoc, teneo iam † Pro fori-
Obtortus ibis nunc gula poturus Stygis aquam. bus cellæ ui-
† Pro foribus astabo, sinã nec Liberi sacrã (ades nariæ, quã it
Sedẽ ꝓphanus penetret hãc quisquam. thyrso huc Bacchi ædẽ ap-
Armatus ô Bromie, Bromie, tuumq; maximum, pellat. Polyphemus
Atq; unicum adiuua sacerdotem contra ebrios. Bacchi sacer-

 dos:

Bibulum Cyclopem Polyphemus pede pressum exanimat.

Irudo uini quò scelesta repis per pedes
Illapsa medios? morere sitiens, oppressam obtero.
Circum crepat lagena multa aures iacta undique,
Frustra. nihil mouebor hinc, ipsis neci datis.
Iactisque consternam cateruatim reliqua agmina.
Cunctisque deletis, dabitur illico Danaë mihi
Lepidissima omnium, omnium longe ualidissimo,
Reliquis repudiatis procis catamitis improbis.
Ego regius gener, ego iam sceptro ac diademate
Insignis, ego iam diuiti successor regiæ,
Ego Acrisij opum legitimus hæres. quid pessimi
Inuaditis aliena? io Argiui accurrite simul,
Adeste regi, ac improbos bibaces, in fugam
Versos sequimini, cædite, trucidate, extinguite.

Tria sunt in his duobus carminibus uerba hepta syllaba, stylo Tragico apta.

BR. Quid contumeliosius superbiloquentia
Tanta? uel esse mihi quid intolerabilius potest?
Quid tu Pyragmon? emori mauis miser, simul
Cædi additus tot immerentium? uel ut decet
Fortem, bonumque, pellere iniuriam, & ultor tuæ
Gentis, scelus durũ, ac nefandum tollere funditus?

† Circumsiliamus. quia aliorum omnium longe erat altissimus Polyphemus.

PY. Egon? æstuans acri dolore dudum cogito
Teterrimam pestem modo excidere. diu, diu
Pertulimus immanem tyranni feritatem horridi.
Age Steropes, Brontesque, † circunsiliamus leues.
Iam malleis oportet his tempus perrumpere
Vtrunque, cæca frontis & refodere uulnera.
Vt robur ictum undique securibus, nunc concidet.

Iam

Iam iam sequimini. tu latus læuum, tu dexterum,
Aduersa pulsabo ipse tempore eodē ora grauiter.
Monstrū peribit hominib. hodie inuisum omnibus,
Vitaq; nunc mercabitur Lyæi munera. (procul. Vita.) non o
PO. Congredere iam minax, tonans uerbis tutus culo, ut pri
Captum ore glutiam, uolabis uel sparsus diu us.
Per nubila. fugax bella quid geris? sequar, sequar.
Habeo, teneo, peristi. abit pro discerpta manu.
Reliquit ori bucceam. quin tandem comminus
Committeris? lasciua circuit uulpecula
Fugitans, statariamq; metuit pugnam callida.
Tamen habuit. inane cape folium inflictum tēpori.
Tuq; obliga uulnus. trahe, trahe humandū aliū pe
Haha ebrij unū sobriū tot pauitant, ut canes (de.
Leonis aggressus timent collatrantes procul.
Facite impetū. circundate obsessum, et contundite. PY.
Malas, agite, findite feras: toruas findite genas.
Rictu excutite molas cruento exertas, horridas. Polyphe
Plagis sonent tempora nouis. cædite, sternite ferū mus dentes
Inhospitalem, anthropophagum, hominum oso, habet exer
rem, ac deûm, tos, ut aper.
Trucem suorū uictimarium. PO. Fer opē pater
Neptune: pereo iā miser. PY. Ditē potius uoca.
Diti immolo, nigrisq; manibus atram belluam.
Tandē ruens uasto ferit pectore moles humū.
Rugit cruentus animam agens. cadauer linquite.
Pastum feris immanibus. uos sed discumbite,

 Vestram

Vestram, illiusq; portionem potantes meri,
Ac næniam mecum canite læti Cyclopeam.

Pyragmon, uelut præfica, Polyphemũ humi afflictũ, atq; interemptũ iocosè alloquitur. Intercalares uersiculi bipedes sunt anapestici, reliqui quadrupedes eiusdem generis, ut primi pars Chori.

PYRAGMON. TVRBA CYCLOPVM.

PY. *AGe, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
Fumant positis lancibus exta,
Patulis necdum naribus afflant.
Aurita sonant pelues necdum
Crepitantes tua tempora circum.
Mecum rursus conclamate.
T.C. *Age, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. *Nunquid longo fessus ludo*
Reficis somno te sopitum?
Somno infelix heu letali
Torpent, uideo, membra sepulta:
Altius iterum conclamemus.
T.C. *Age, surge Cyclops,*
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Nares Polyphemi, et aures patulæ.

Crepitantes.) quod inter bibendũ nonnũquam fit à uinosis.

Ergò

PY. Ergo posthac lætas nunquam
Pastor ages ad saxa capellas
Dumosa uagus, nec resonabit
Per opacas caua fistula ualles,
Nullis unquam garrula seclis.
T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. Spargite dulci membra Lyæo.
Glaucus ut olim gramine tactus,
Rediuiuus erit sparsus Iaccho.
Metuo tamen heu, metuo, ne mox
Epulas omnes sorbeat, & nos.
T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?
PY. Frigidus orat transmissurus
Horrida Cyclops stagna phaselo,
Frustra, molem non capit alueus.
Superis ergo pulsus, & Orco
Non admissus, nullibi eris miser.
T.C. Age, surge Cyclops.
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Glaucus ab Aesculapio in uitam reuocatus.

Exanimatus pauore cum se è turba Cyclopum iam inter se ipsos sæuientium confestim surripuisset Acrisius, secum loquitur iambicis Senariis.

ACRISIVS SOLVS.

VIuo ambulans? an ut ferunt, manes suis
Exire luridos sepulchris, mortuus
Erro? ubi miser sum? obij ne? uiuo ego iam, sed beu
Comitum cohors ubi? perijt omnis reor.
Hoccine hominum tellurem alere? prô Iuppiter.
Tumultuantibus meri propter cados,
Ac se intuentibus oculo minaciter
Toruo Cyclopum ducibus, excessi ocyus
Vix integer, uix compos animi, territus.
Nunquam cor æquè inhorruit. sanguis super
Intra coactus uiscera obriguit gelu.
Nec adhuc metus parcit quatere præcordia.
Quid heu si Iaccho feruidi, Lapithæ uelut,
Aggreßi ahenam nunc domum, miseram patri
Abducerent? non unus Argos Dis tenet *
Raptor puellarum. metuere tunc sinam
Demum, cita rate cum reuectos audiam
Aetnam reuenisse usq;, uel mari obrutos
Perijsse, squammigeris pecudibus pabulum,
Mergisq; edacibus pelagiuolantibus.

Lapithæ ebrij in puellis uim fecerunt.
* Pluto Proserpinam rapuit.

Ostēdit chorus, nōnunquā in eos potissimū fortunā sçuire, quib. maxime fuerit benigna. Trochaicū Euripidium è tribus cōstans pedibus & syllaba.

CHORVS.

VT nihil lætum diu, „
Dij fidem uestram, manet. „
Quin beat quem sors magis, Quem

Quem parem superis uehit "
Hunc repente, turbinis "
More furentis, turbida "
Saepe correptum opprimit. "
Quem pupugit nunquam, ueniens "
Scindit hunc grauius dolor, "
Indomitus uelut equuleus, "
Cum foditur stimulis nouis,
Insolens ferociter
Tollitur exultim solo.
Vidit Acrisio hoc nihil
Laetius unquam sol, terens
Volucribus coelum rotis.
Vnde hominum tuens, refert
Cuncta Ioui. isq; Aegide notat, †
Quicquid agunt, fantur, putant,
Oblinens atro uitium,
Rectum ac albo insigniens.
Nunc quot heu premitur malis,
Imminens fatum hinc sibi,
Hostium hinc metuit minas,
Coelibemq; flet unicam
Natam, ac orbatam domum.
Quin & unde poposcit opem,
Nunc Cyclopas horridos
Effugit exanimis metu.

† Quae fiũt ab hominibus, scribit ipse Iuppiter in corio Amaltheae nutricis, carbone, aut gypso.

ACTVS QVARTVS.

Attonita secũ loquitur Danaë, cum è turri, quo in pluuiam auream mutatus penetrauerat Iupiter, euolasset: mox omnia nutrici enarrat. Iambicum Euripidiũ ternariũ, addito semipede: deinde ad finẽ usq; carmẽ eiusdem generis, sed senarium.

DANAE. NVTRIX.

DA. *Quo fugit heu, quo fugit?*
Elapsa manibus ut auis,
Abijt uolans: ubi quæram?
Nusquam heu uidetur, nusquam.
Vigilans loquor? an illudit
Imago somniantem?
Age, excito iam me, atq;
Somnum excutio: iam cerno,
Tango, ambulo, audio me
Iam nunc loquentem: an fallor?
Nutrix age, mea nutrix,
Perij. NV. *Quid est?* DA. *quæ uidi.*
Quid mea stupes? DA. *heu.* NV. *Fare.* NV.
Iam iam occidi NV. *Miseram me.* DA.
Quiesce alumna dulcis,
Quiesce: tingit quantus
Te pallor. eloquere dum,
Quid passa? DA. *Iuppiter.* NV. *te*
Mea sospitet. quid trepidas
Exterrita? quid horridula
Riget coma? quid hoc? eheu.

Hic

DA. Hic ipse, Iuppiter ipse.
Deliquit animos. ô quæ
Spectare contigit. uix,
Dum cogito, mihi uix
Credo. preces piæ à dijs
Quid non queunt? NV. Exanimas
Pauidam mora. age dic tandem.
DA. Iam cellulam, impedit pauor me proloqui,
Dicam attamen, pedem intulissem cum modo,
Supplexq́ prospectans plagam extremi ætheris,
Sol unde currus excitat, linquens mare.
Sacrisq́ precibus, quas mihi nutrix, beans
Me sponte tanto munere, dedisti, Iouem
Superum omnium longè supremum deuocans
Cœlo, rogarem, opem mihi ferret deus,
Noua feram, inaudita, fidem & exuperantia,
Pelago rosea nubes procul se sustulit,
Qua nulla hilarius pingit aëra cœrulum,
Pluuiosa non ipsa decus Iris nubium,
Aurora mater lucis aut ipsa igneæ.
Ac uisa mihi magis magisq́ accedere,
Appulsa uentis leuibus, auis ut aduolat.
Mirata spectabam, nec id sine numine
Rebar, pependit ilicet prope culmina
Aëria turris æreæ cum immobilis.
Rapuit stupor tunc animum. & ecce ros sacra
Iam nube primum decidens sensim leuis,

Tenui uelut Cydonium lanugine
Pubeſcit, aut olus pruinis albicat,
Sparſit feneſtra infuſus aura, cærulam
Pallam colore luteo, † mica ut nitet.
NV. Quid hoc? fidem dij ueſtram, opemq́; age (loquere.
DA. Crebreſcit imber diffluens mox aureus,
Illapſus undiq;, penetransq́;, qua domus
Iunctura, qua diem inferunt ſpiracula.
Mentis mihi quid fuerit ibi tum cogita.
Concreta cum pars, grando ut aurea, crepitans
Circumq́; * reſiliens peteret ultro ſinum.
Obrigui, ac ipſo auro magis tunc pallui.
Sed ubi animum tandem recepi perditum,
Munus rata deûm, ſubdidi explicans ſinus,
Aurumq́; colludens, micansq́; ſedula.
Flauis, ſonansq́; riuulis fluentibus
Ignara ſponte condidi in gremium mihi.
Legens, ubiq; quod iacebat, protinus.
NV. Sum nulla, inaudita audiens. ſed quid ſuper?
DA. Sunt leuia nutrix, quæ locuta ſum, præ ijs (audies
Quæ dicã. NV. an eſt quid maius? DA. auſculta.
Cœleſtibus nam dum, memor adhuc me pauor
Terrificat, opibus gaudeo, tremulum, leue,
Fuluum intuens aurum, exilit ſubito euolans
Idonne, crederet quis hoc? pereunt opes,
Verſusq́; iuuenis aſtitit, niſi is deus
Vetuiſſet, animula attonita abijſſet metu,

Cærulea ueſte Græcæ mulieres inducbantur in luctu, ut nũc Danaẽ, nulli bi præterea æque lucet aurum, ac in colore cæruleo.

† Mica.) id quod fulget in arena.

* Reſiliens.) ut pila.

Fuiq́;

Fuiq; uocem audire tunc uisa illico,
Danaë, Danaë, animo timores discute.
Adsum ego uocatus ipse cœlo Iuppiter,
Qui templa olympi perstrepo caua fulmine.
Miseratus huc aduenio tibi opitularier.
Num somnians hæc ait? an audio somnians? NV.
Sic fatus admoto fouens trepidam sinu, DA.
Vtraq; mulsit os manu, animum ac reddidit.
Rursusq; cepit sic loqui: Mortalium
Indigna uirgo nuptijs, nubes Ioui.
Gestisq; puer ex te editus Solis domum
Vtranq; lustrabit stupendis aliger,
Armatus atq; manibus immortalium,
Sæuaq; cæsa Gorgone, hostium agmina,
Astricta glacie ut flumina, tenebit metu.
Est maximus, qui sustinet cœlum, senex,
Demit ubi Sol equis iugum leuipedibus,
Vnde Hesperus dux siderum exilit uadis.
Claudens hic hospitio domum nato Iouis,
Monstri rigebit ore uiso territus.
Eritq; terris se erigentem ad sidera
Vastam hominis effigiem uidere saxeam.
Auum quoq; sed incautus interimet suum.
Hic saucius dolore torpuit animus,
Cariq; respersit oculos funus patris.
Solatus inquit, Profer hinc Danaë caput,
Mecumq; suspice. ac locum ostendens ait:

Perseus à dijs ipsis armatus, Medusam interfecit, multosq;, inter quos Atlas fuit, et Acrisius, uertit in lapides.

Hominis imago lapidea omnium maxima. Hoc cum fieret, ab Acrisio, ut iam di-

Stellatus

cetur uisus est Iuppiter & Danaë. Danaë in Latium, ubi Roma est, gentium quondam domina, uento delata, regi nupsit Pilumno, et Ardeã cõdidit. Arduæ.) nulla est uox, quæ tam propè accedat ad nomẽ Ardeæ.

Stellatus illic usq; fulgebit puer
Labore functus. te quoq; manent aspera.
Eiecta nanq; fluctibus patria procul,
Regis famula, dein uxor urbis arduæ
Longinqua pones mœnia, futurum est ubi
Regnum diu, populisq; multiloquis caput.
Hæc elocutus, iterum adhæsit applicans
Se collo, apis ut arguta considit thymo,
Tenuiq; nectar murmure exhaurit legens,
Mox auolans oculis, reliquit spiculum
Desiderij, amorisq;, nutrix. iam nihil
Dolet coërceri. quid ego uocis sonos,
Quid motum, & oris decus adoriar eloqui?
NV. Lux unde modo sacra fulguraret, territa
Mirabar, unde tantus hic odor nouus
Late per omnem dulce spiraret domum.
Sed quid? quid hoc alumna? residet adhuc nitor
Sparsus mitella, scobs ut aurea? DA. exime,
Sensim exime. uide, sed uide nutrix tamen,
Roris, nefas, ne decidat aliquid sacri.
NV. Eburneam rape pyxidem, aut ex arculis
Aliquam, sed exterge. bene est. serua. uides,
Auro præit quantũ hoc, stupet quo hominũ genus?
Ornaberis diademate, id equidem auguror.
Abiens reliquit capite regium decus.
DA. Quotidie eadem prece rogabo sæpius.
NV. Ita faciendum censeo. DA. at quoties putas

Fas

Fas esse? NV. ter. mane semel: iterum cum dies
Medium rotis coelum terit feruentibus:
Dein ubi aderit nox, tertio. tunc maximè
Furtim reuisere superi terras amant.
Noctis mihi tempus quoq; gratißimum. DA.
Duo sed relinquam reliqua non ego tempora.
Quid sæpius si deuocarem? NV. haud fas foret.
Coelestibus etenim est numerus hic amabilis.
Animus tamen præsagit ingens nunc malum. DA.
NV. Expectora metum penitus omnem tibi.
DA. Præsens scio iam poena nutrix me manet.
NV. Expue nefas alumna, melius ominans.
Plaudens cor intimum latus, cladem monet. DA.
In te quis unquam quippiam Ioue præside? NV.
Quin ipse nuncians metum iniecit deus. DA.
Aderit tibi, nec usþiam linquet suam. NV.
Patria carendum semper heu nutrix mihi. DA.
"Vna est parens terra omnibus, ubi ubi fueris. NV.
Domoq;, comitibusq; uidua æqualibus. DA.
"Sæpe est ut exteri magis ament te tuis. NV.
Famularier seruam heu genus me regium? DA.
Iam iam futura domina, nequicquam doles. NV.
Age, oscula, negata mihi post, da, dum licet. DA.
Te ego sinam sine me ire, quò fatum iubet? NV.
Tuæq; memor alumnæ, ut usq; sis, precor. DA.
Nisi ipsa fuero comes, mori quid nunc moror? NV.
Sed cur metuis, extrema fortuna uerit

Tibi

Tibi si deus? quin etiam eum, atque etiam roga.

DA. „ *Secedam: in uno omnis mihi spes est Ioue.*

Canit chorus, quantus sit amoris furor, eiusque breuiter pingit formam & ornatum: postremo eum rogat, mitis sit erga genus humanum. Iambici sunt plerique dimetri, aliqui deteriores.

CHORVS.

„ *QVis te Cupido*
„ *Non paueat, ipsum*
„ *Facula liquefacis si Iouem,*
Imbremque soluis in aureum?
Quam, ceu pusilla per nemus
Nocturna scintillat uolans
Lita uolucris caudam igneo
Fulgore, lasciuus iacis
Passim per orbem dissipans.
„ *Heu quanta surgunt*
„ *Incendia e paruo*
„ *Ignis latentis semine.*
Nec est, cui semel haeserit,
Vt excutiat ardorem.
Sed sicut oestro percitus,
Errat furens.
Nemo tamen non appetens
Vltro uritur,
Es dulcis adeo puer.
Nam sponte quis non aduolet

Volucris pusilla.) que noctu luces, Pygolampis dicitur ab Aristotele.

Amore sæuo saucius,
Quocunque ducis persequens,
Si te semel conspexerit,
Os purpura uelut illitum,
Auroque fulgentem comas,
Ac uice oculorum sidera Amor oculorum loco geminas habet stellas.
Refixa cœlo, atque insita
Sub fronte, natus es, ubi puer
Alis decorus?
Tunc leui,
Sed nunquam inani cum pharetra,
Ardent ubi tot spicula,
Niueis rubent
Plumæ quot humeris tibi leues,
Oras per orbis ultimas
Sparsisti amores seminans,
Vnde omnia edita germinant.
Quare sator rerum es puer,
Hominum parens, ac numinum,
In cœlo, in undis, in solo
Terrarum, amabilis,
Idemque formidabilis,
Lenis modò, modò asper, fluens
Lepôre, mœrore fluens.
Vt suggerit apis cum fauos,
Eademque figit uulnera.
Tibi nec satis regum domos

Reuisere potentium?
Quin pauperum sub culmina
Furtim uolas.
Gregis unde curas abijcit
Flamma calescens rusticus,
Syluisq; sub frondosis
Solatur ignes cantibus.
Cupido eloquens. *Quid eloquar, ut eloqueris*
Dulcis per aures omnium?
Te intelligit gens barbara,
Te belluæ, uolucresq; uagæ.
Quæ, simul adest uer floridum,
Tuosq; reditus sentiunt,
Prægestientes
Nitidum per aëra tinniunt.
Sis ô placidus, & amoue
Diros furores,
Suspendia, cruentas neces,
Lapsusq; præcipites. satis
Sint tibi querelæ,
Fletusq;, & iræ gaudijs
Permistæ amantium.
Sed cur in aurum liquitur
Nunc Iuppiter? an auro, ut fides,
Vt iura, uincitur
Quoq; pudor? Vtinam
Hoc mater unum

Tellus

Tellus in auras
Nunquam extulisses malum.

ACTVS QVINTVS.

Exponit flebili uoce nuncius, quibus fuerit modis extracta Danaë ab Acrisio è turri, & in arcam ligneam coniecta, mariq; ac uentis commissa. Iam bici sunt & hi, sed non unius modi, omnes Senario breuiores: qui mox sequitur ad carmē illud: Infanda refers. unde ad exitū fabulæ Anapesticū est.

NVNCIVS. CHORVS.

Mecum quis eheu NV.
Collacbrymet? humor
Haustus sed omnis
Reliquit arentes genas,
Dolor tamen animo grauis
Infixus hæret.
CH. *Quid heu mali? quid hoc?*
NV. *Vidisse tantum,*
Tantum nefas? Scytha nihil unquam
Iratus hostis tale.
CH. *Miserè ut dolet. rogabo.*
NV. *Eheu.* CH. *quid? oro te. quid hoc? age, fare.*
NV. *Immane, barbarum.*
Pater hoc, pater?
O uirgo. CH. *facinus quod tam atrox?*
NV. *Quin execrandum nefas*
Reiecit unda respuens?

Sol ipse quin auersus
Refugit,
Vnde oritur occidens?
CH. *Exordiens age loquere.* NV. *loquar ego, loquar*
Infanda. Saeui carceris custos uelut,
Rex ipse lustrans parietes aeneae domus,
Cautus dolos ut hostium obsessus timet,
Aut pastor irrepentis insidias ferae,
Cum obstruit ouilis septa uafer obambulans,
Visus fuit uidere suspiciens procul
Caput uiri, Danaësque prolatum simul
Celsa è fenestra, quam plagae comminiunt
Ferreae. pauor oculos puto fefellit senis.
CH. *Vt saepe multi somniant id quod timent.*
NV. *Frēdit furens, spumas agit ac ore horridus,*
Ardetque, uelut ignis, senilis pupula.
Ait haec rabie anhelans ferus uoce insuper:
Foßis, cuniculisque subterraneus,
At at, habet arcem uix positam adulter, sequar,
Sequar ego resurgentem umbras Tartari.
Dixit, diuque circuit, an ullum foret
Extra cauum, ualloque militum obsidet
Late loca, effugium esset ut nullum improbo.
Mox, ipse quam ferebat usque, ut ianitor,
Claui reserat adamantina paruas fores.
Ingressus, ut canis acer, indagat specum,
Obliuiosior nihil reputans senex

* Visus fuit.) tunc illos uidit Acrisius, cum Iupiter Danaae ostendit locū in caelo, ubi futurus esset Perseus.

Clauis adamantina.

Ex ære solidasse sola solido Mulcibrem.
Nusquam ubi uidet quicquam, daret quò se furor,
Natam aggreditur ipsam pater trepidam ferus.
C. Eheu pater natam? N. necet ut atrox. CH.
Se parricidio ut parens natæ inquinet? (necet? Parens parricida filiæ.
Danaën genitor? heu miseram. NV. acutos ter
Admouit enses filiæ iugulo impius: (suæ
Ter destitit, cruenta atrocius nece
Iam moliens animo scelus. CH. quod maius? heu.
NV. Sæuũ, nefandũ. C. dic age. N. abreptã nc
Danaën modis, nunquã meminit animus feri, (uis
Nunquam misellæ, quin cor absumat dolor,
Protraxit ad uada pelagi. CH. genitam parens?
NV. Arcamq; iußit pineam ilicet ingredi.
Quorsum? quid heu trux imperans? quid cogitans? CH.
NV. Manabat ore uirginis fletus miser,
Formata ut effigies niuea hominis fluit
Radijs liquescens Solis icta flammeis.
Toruumq; supplex tabidula patrem intuens,
Méne, inquit, undis, méne miseram extinguier?
Ab te, perit mecum nisi Pietas, rogo,
Cæsam tegat humus, sine, sine, moriens ego
Hoc grata munus auferam extremum patris.
Heu me furenter aspicit, igitur mari
Iactata scopulos inter infelix diu
Natabis esca piscibus Danaë feris,
Fluitans uago dispersa membratim salo,

Dudum beata. Haud passus ulterius queri
Natam ipse ter Iouis uocantem numina,
Breui alueo impactam pede in uada propulit.
CH. Crudele, inauditum, nefarium scelus.
NV. Et ecce sine nube intonuit, atq; æquoris
Tranquillat undas uentus aspirans leuis,
Clausamq; littore abstulit in altum ferens.
CH. Io misella. io puella regia,
Sortita qualem lucis exitum occidis.
NV. Ac uelut aquosa nube cum sol abditur,
Cœlumq; mugit triste manans imbribus:
Nulla, pro non. Sic nulla prospicitur ubi, lachrymabilis
Exoritur undiq; fremitus. Danaën nemus
Circum resultat consitum: Danaën cauæ
Rupes, pelagus omne Danaën, Danaën refert.
Quin ipse tandem uictus euellit comam,
Barbamq; obortis humidam lachrymis senex,
Seseq; rapuit, ac domum Cyclopeam
Ingressus ipse, exhorret hostiles minas,
Ciuesq; natæ uindices metuit suos.
Vtinam graues, utinam pares sceleri luat
Pœnas nefandus. quæ tamen sceleri pares?
CH. Infanda refers. NV. heu tamen acta.
CH. Sæuusne senex magis? infelix
An uirgo? NV. nihil sæuius hoc est,
Nihil atq; infelicius illa.
CH. Patris infelix filia sæui,

Qu

Quò te miseram nunc maris æstus,
Adigunt quò te flamina uenti?
Vagus ô utinam nauita rediens
Obuius esset: Phocas uel qui
Procul hinc captat, te nodosis
Appulsam maculis deferret,
Regemq́; bearet
Insperata coniuge lætum.
Specula uelut aëria præceps
Incidit ipsis retibus olim
Britomartis, amantem Minoa
Dum fugit exanimata sequentem.
Ite per altum, ueligeras citi
Soluite puppes, scandite, pellite,
Verrite latis æquora tonsis.
Quærite circum, sicubi fortè
Eiecta uagis fluctibus errat
Sub opacis, heu, sola cauernis.
Aut immobilis inflicta uadis
Hæret breuibus, mortua nec dum
Ante diem tumulatur arena.
Quòd si te mouet Amphitrite
Sors immeritæ sæua puellæ,
Tangit si te regia proles,
Formosaq́; cœtu comitari
Gaudes formoso, uenit en tuis
Virgo digna choreis.

Phocas.) Vaticinatur hic chorus. Danaë enim à piscatorib. capta, dono data est regi, eiq́; nupsit.

Britomartis, Iouis & Charmes filia, Minoë fugiens, in retia quæ forte à piscatoribus tenta erant, se proiecit, & à Diana in dearũ numerum relata est.

Amphitrite.) Neptuni uxor.

Non hac, nuper numina ponti
Inter quæ colitur, Cadmeis
Nitet ore magis, candida quamuis
Inter uirides luceat undas:
Micat ut cœlo luna sereno.
I dea curru delata leui
Per mare labens, miseramq; leua.
Tamen, utcunq; est, seu crudeli
Fato occidis, es seu cœlesti
Ope in æternum seruata decus,
Nobis luctus, nobisq; dolor,
Lachrymæ nobis, & querimoniæ
Vsq; relictæ, funestabunt
Orbatam, te propter, uitam
Omne per æuum.

Cadmeis.) Ino Cadmi filia furentem maritum cum fugeret, se in mare præcipitauit, & pro dea est habita.

NV. Ite, atq; alios sumite cultus,
Paßisq; comis iterate nouos
Questus, adductis liuescant
Pectora palmis.
Nunquam posita ex quo sunt tantæ
Vrbis mœnia, tantus mœror
Consternatam perculit urbem.
CH. Iouis ô Melpomene decus
Roseo uincta cothurno,
Lyra cordi cui lugubris,
Delatum hoc tibi munus
Faxis perpetuum, rogo.

Musam rogat chorus, hanc uelit Tragœdiam immortalitati consecrare.

FINIS.

LAELIVS ALEANDER

Literarum Studiosis.

CVM Tragœdia hæc Antonij Thylesij, uiri mediusfidius, ut eius scripta declarant, ingenio, ac uaria doctrina expoliti, in manus meas peruenerit, eamq; semel, iterum, atque tertio integram relegerim, sic ipsa sermonis elegantia, dicendiq; puritas, sic passim seruata grauitas, sententiarumq; splendor ubiq; sese mihi offerebant, ut non possem non maiorem in modum admirari, uirum, his temporibus nostris id scriptis suis assecutum esse, quod nemo post ueteres illos, ne attingere quidem ausus est. Seneca enim, tametsi plenus sententiarum sit, arsq; fortasse, quæ præstari à scriptoribus omnibus præcipue debet, in eo non requiratur, tantum abest, ut eum latinè, ac purè loquutum esse existimem, (quæ literaturæ pars, cui deest, omnia ferè illi deesse, fateri necesse est) ut ob id etiam in Latinorum scriptorum numerum cooptandum esse minime censeam. At Thylesius non hactantum, sed aliarum quoque disciplinarum, quàm munitus ad scribendum accesserit, quando eius scripta sunt in uirorum manibus, omnes facile iudicare possunt. Ac mihi quidem aliquando hæc omnia consideranti, ob id etiam omnes, qui aliquid post auream Ciceronis ætatem ediderunt, hunc facile excellere uideri solet, quod de suo, nō autem aliena scripta inuadens, latinè ita, pure, ac propriè omnia nobis exponat, ut Plautino, uel potius

Terẽtiano ore eloqui uideatur. Nam quotuſquiſq; eſt, his præcipue tẽporibus noſtris (quod pace omniũ fari liceat) qui nõ ita impudenter antiquorum ſcripta expilet, atq; inepte in ſua transferat, ut ingenioſis ac eruditis hominibus ſępe bilem, interdum etiam moueat iocum? Hæc eſt cõmunis, eademq́; præcipua tempeſtatis noſtræ calamitas. Dum enim Vergilij omnes & Cicerones hominibus uideri ſtudent, faciunt, ut omnium ſcripta unius tantummodo eſſe uideantur: ac ſint, qui exclament furem, non poëtam fabulam dediſſe. Vtinam in perlegendis optimis autoribus tempus omne cõſumeremus: utinam naturam optimam ducem in ſcribendo deinde ſequeremur. Sperarem profectò, ut bonæ literæ, quæ tot ſecula in tenebris, & quaſi ſepultæ iacuerunt, in lucem reſtitui, ac reuiuiſcere poſſent. Bona enim ingenia ſemper, & ubiq; floruere. Sed quemadmodum in optimis quibuſq;, ac pinguibus agris (nulla tamen agricolarum adhibita ſollertia) euenire uidemus, ut inutiles herbæ, & plerunq; maximè noxię enaſcantur, quæ etiam non multo pòſt, & ipſæ neglectæ ſterileſcunt. Sic hominum ingenia, cum nemo ſit, qui recte illa, & ſumma cum diligentia excolat, atque ad bonam frugem perducere ſtudeat, ex ſe ipſa facile intereunt. Quare illud mihi fateri uerißime liceat, unum hunc Thyleſium præclare de republica literaria (unde plurimum ei, atque etiam immortaliter homines debent) meruiſſe. Nobis enim non tantum Tragœdiam, utilißimum ad for-

mandos, excolendosq́ hominum mores, pulcherrimumq́ à dijs immortalibus traditum munus, quasi postliminiò restituit, atq; adeò ut nihil in eo desiderare possimus: sed etiam quo pacto scribere debeamus, non ab alijs omnia mutuantes, edocuit. Proinde uos studiosos omnes adhortor, ut alendæ, locupletandæq́ linguæ Latinæ causa omnem operam, & studium uestrum conferatis: quod uobis erit facilius, si bonos tantũmodo autores, qui ad parandam dicendi facultatem, et copiam mirifice faciunt, in manibus habere, atq; in scribendo Genium uestrum sequi uolueritis. Valete.

ANTONII THYLESII CONSENTINI

Cyclops, cuius argumentum hoc est.

Virgilius Aeneid. 3. Aeneas Achemenidem ab Vlysse in antro Polyphemi inter trepidationem relictum, sed iam abs se in nauem receptum, seruatumq; interrogat, quas Polyphemus post effossum oculum querelas ediderit. eas Achemenides non grauatim Aeneæ, ac pulcherrime refert.

CYCLOPS.

Aeneas. *Hoc quoq; Achemenides referas. timor omnis (abesto,*
Aequora namq; tenet iã classis. fare agè, Cyclops
Quos fremitus, miseros solitus quos edere questus,
Lucis inops errat dum cassus lumine, & heros
Exanimis procul alta petens effugit Vlysses.

Achemenides. *Nate Dea, Teucrũ decus, et spes certa, fatebor,*
Sospite quo nunquã Neptunia Pergama flammis
Consedisse, iuuant quando hæc, quæ sæpius hausi
Auribus, expediam dictis. præcordia quamuis
Pulsat adhuc, prohibetq; pauor audita profari.
Est prope spumãtes fluctus sub rupibus Aetnæ
Spelæum scopulis super impendentibus ingens,
Dira domus, suffixa horrent ubi terga ferarum,
Brachiaq; informi dependent squallida tabo.
Inde ferus, cum uix aperit Sol aureus orbem,
Egreditur pecudes inter, uastusq; recumbit,
Qua salis aßiduo pulsu caua saxa resultant.
Hinc procul è densis latitans ubi conditus umbris

Errabam, tales iactantem uoce querelas
Auribus his tacitus suspensis sæpe notaui.
Inuisum superis caput hoc cur parcis in undas, Cyclops alloquitur Proserpinam.
Lethæas undas tandem demergere? si qua
Es dea Trinacriæ, quæ rapta silentibus umbris
Imperitas. memini questus audisse parentis, Parentis, Cereris.
Armatusq; animis ingentibus ilicet ultro
Accurri, laturus opem. timor ante sed illum Illum, Plutonem.
Abstulerat. uolui tibi quam peperisse salutem,
Hanc mihi ne inuideas. age rursus fistula carmen.
Aut pater altitonans unum è tot millib. ignem
Fulmineũ, tibi quem manus hæc formauerat olim,
Incute, ut immani transfixus uerbere, uitæ
Quod superest reddã, placitaq; in morte quiescã.
Enceladus quondam uelut actus turbine uasto,
Mole sub hac flãmas spirat latere ustus, & ardet
Secula tot. nunquam Iouis ira extincta quiescit.
Applorans rursus, dic mecum fistula carmen.
Iam procul Eois surgens rubicunda tenebras
Dispulit ore nitens roseo Titonia coniunx.
Vndiq; & extinctus stellarum diffugit orbis,
Mox ruit, elabensq; flagrantibus exit ab undis
Extremas radijs lustrans Sol igneus oras,
Et tremulis fulgore uadis accenditur æquor,
Impellunt animæ quod leniter aspirantes,
Omnia quæ quondam fuerant mihi dulcia uisu,
Quæ nunc perpetua pereunt caligine mersa.

Applo-

Applorans rursus dic mecum fistula carmen.
Plurima per syluas errat uaga turba uolucrũ
Natiuis depicta coloribus. illa nec usquam
Conspicienda fluit celeri per inania lapsu,
Argutis tantum resonant loca uocibus usq;.
Tuq; arguta iterum resonans dic fistula carmen.
O nemus hinc illinc surgens super æthera, quondam
Grata quies fesso. cum stratus gramine molli
Suspiciens, teretes ramos super impendentes
Gaudebam uiridi specie resupinus in umbra.
Hic hederæ lambunt molles. hic arbutus antris,
Eminet hic fugiens in cœlum garrula pinus,
Cum leuis hirsutas frondes mouet aura Fauoni.
Garrula tuq; etiam dic mecum fistula carmen.
Obstrepit ecce cadens saxis manantibus humor,
Et salebris offensa procul respondet imago.
Ite simul prope me pecudes, simul ite capellæ.
Lanigeræ pecudes, hirtæ simæq; capellæ,
Pascite propter aquas. hic mollia pabula campi,
Hic dumosa uiret rupes. ne uis fera uenti
Præcipites summa specula deturbet in undas.
Ne lupus insidias circum malus inuestiget.
Ite simul prope me pecudes, simul ite capellæ.
Tu quoq; pelliti custos gregis, ardua, pernix,
Strenua, fida, sagax uenatrix, effera, pugnax,
Leuce nomẽ canis Cyclopis. Comminus occurrens fures age candida Leuce.
Dulcius hoc iterum repetat mea fistula carmen.

Cœru

Cœruleo surgunt rorantes gurgite Nymphæ,
Stellantes nox picta sinus ubi fusca recondit.
Quas inter mea cura uenit Galatea sorores.
Hanc nunquam uitreis è fluctibus egredientem,
Ceu quondam solitus fueram, spectare licebit.
Et nunc illa nouos casus miseratur amantis,
Aßidet & forsan, sed supprimit ore querelas,
Ne mea præsenti laceret præcordia luctu.
Dulcius hoc iterum repetat mea fistula carmen.
Iamq; procul uisus tristes agnoscere uoces,
Et gemitus persæpe meas grauis impulit aures.
Quandoquidē unanimes pariter coniūxerat ambos
Fidus amor, preßitq; tenaci compede uinctos.
Ex quo leuis adhuc matrem comitatus euntem,
Namq; iuuat meminisse meos mea fistula amores,
Conspexi roseis carpentem lilia palmis.
Et strophio religata comas formosa nitebat.
Dulcius hoc iterum repetat mea fistula carmen.
Tunc primum rudis insolito iactatus amore
Errabam. memini bis denas condere noctes,
Bisq; dies denos solis sub rupibus Aetnæ.
Nec minor Aetnæis quàm rupibus æstuat ignis,
Gliscebat tenero sub corde Cupidinis ignis.
Inspexi primùm liquidis tunc fontibus ora,
Florebat malis cum nondum pulchra iuuentus.
Luxuriemq; comæ fingebam lætus opacam.
Te quoq; tunc primū modulans mea fistula, cantus
Edocui,

Edocui, quibus obstupuit genus omne ferarum,
Atq; euulsa procul radicitus affuit arbor.
Tum uaga praecipites tenuerunt flumina cursus:
Mea, Galatea. Et mea, uicta nouis concentibus, effera quamuis;
Nata mari quamuis, properans è fluctibus ultro
Adnabat. dolor est, haec & meminiße uoluptas.
Frigidulā ah quoties, trepidamq; amplexus in acta
Nusquam amittebam, donec suspenderat altam
Luna facē, et tremulis splendesceret ignibus aether.
Tanta mihi quo nunc ceciderunt gaudia? nec te
Aspiciam posthac leuibus super aequora plantis
Nereidas inter blandas agitare choreas.
Tristius extremum resonet caua fistula carmen.
Viuite montiuagi Panes, uos uiuite Nymphae.
Ille ego sum Cyclops, Siculae modulator auenae.
Pascere doctus oues, calathosq; intexere iunco,
Et canibus lustrare sagacibus omnia syluae.
Nefandus, Vlysses. Viribus inuictus quondam, quae cuncta nefandus
Abstulit, aeterna rapiens caligine lucem.
Tristius extremum resonet caua fistula carmen.
Stultus ego: Eurymedes praedixerat omnia uates.
Infoelix Cyclops, Ithacus tibi frōtis honorē
Demet, Dardanijs ueniens rate uectus ab oris.
Quae, nisi dempta foret mihi mens prius, euitaßem.
Venerat, & blando celans immania uultu,
Insidijs animum rapuit malus ante, dolosi
Tristia dona ferens nimium preciosa Lyaei.

Nectar

Nectar erat dulci mihi nectare dulcius Hyblæ,
Et ceu Lethæo dilutum flumine sensus
Eripuit, circum uisi concurrere montes,
Et remeare uadis refluentibus Acidis unda.
Tum geminū caput attollēs pecus omne per æquor
Cernere erat paßim liquidis colludere campis.
Iamq; sopor preßit languentem, sponte nec inde
Territus exilui, cæcaq; in nocte uolutus,
Cæde madens, ustusq; genas, ferus, anxius, amens,
Voce fremens, miser errabam, ruit undiq; syluis
Turba minax, nec quò se immittat cōspicit usquam,
Ille etenim insultans, uictorq; fugacibus Austris
Vela prius procul hinc dederat leuis ales in altum,
Atq; ingrata sui monumenta æterna reliquit.
Tristius extremum resonet caua fistula carmen.
O pater, ô pelagi regnator, siccine inultum
Me sinis, inuisi nauem prædonis adactam
Quin rapis huc nobis perdendam? uulsa uideres
Corpora iacta manu, pontoq; immersa cruento.
Iamq; uolant paßim correpta cadauera, raptis
Visceribus, uiuiq; fluunt iam sanguinis atri.
Tum capitis diri direptum lumen utrumq;
Disijcerem, pœnas lueret, quas repperit ipse.
Supplicijs quando nihil est his tetrius usquam.
Tristius extremum resonet caua fistula carmen.
Vel tu si qua mei tangit te cura, procellas
Inijce, ut impulsus per saxa furentibus Euris,

Frigi

Frigidus exhalet uitam sine honore sepulchri.
Quod si fata negant, primosque reuisere portus
Constituunt, longis durisque laboribus actus
Da pater amissis socijs crudelia passus
Hospitia, ignotasque pererret naufragus oras.
Telegonus interfecit Vlyssem patrem. *Quin etiam exhaustis erroribus in sua postquam*
Regna reuectus erit, manus impia morte cruentet.
Haec horrenda fremebat atrox Polyphemus ad undas.
Quae mea ne posthac quaterent tremefacta pauore
Pectora, tu tandem ueniens dux inclyte Teucrû
Eripis, & dira seruas à morte receptum.

CYCLOPIS FINIS.

ARGVMENTVM *Galateae.*

Polyphemus pastor, cum in syluis de Galateae amore secum quereretur, & Echo eius uerba redderet, existimans Galateam amicam alicubi latentem secum ludere, ac sua iterare uerba, ita tandem eam alloquitur.

ANT.

GALATEA.

Quid mecum quereris, uel me magis improba rides,
Garrula, uocalis, mima, diſerta, loquax?
Quæ mihi nulla uideris opacis abdita ſyluis,
Sed mea dicta refers aſſona, nulla licet.
Iam ſatis ô Galatea ſuperꝗ; iocoſa fuiſti,
Ludere quin ludum deſinis inſolitum?
Quin profers formoſa caput, latebrasꝗ; relinquis,
Inꝗ; ſinu recubantem ambitioſa foues?
Irritas laſciua, meum iecur æſtuat ardens,
Ibo ego per rupes, teꝗ; per antra ſequar.
Nunquam hodie euades ſalſas fugiẽs ſuper undas,
Fluctibus aut merges lapſa ſub æquoreis.
Sed gelida mecum requieſces ſtrata ſub umbra
Ilicis, ad ripas dulce ſonantis aquæ.
Et modo blanda choros agitare uirentibus herbis
Hoſpes gaudebis inter Hamadryades.
Dũ caua mille ſonans numeros mea garrit arũdo,
Ludit & intonſas corniger inter oues.
Quamuis muta ſilet nunc fiſtula, buccina [illegible]ſtquam
Tortilis inflexo turbine miſſa fuit.
Quæ patula illudens hirſuto in pectore pendet
Pignus, uel noſtræ teſtis amicitiæ.
Congregat una greges ſparſos ad ſepta fluentis,
Hac quoꝗ; deponunt ubera lactis onus.
Ad fouto aſſidue ſimul ora, impexaꝗ; menta,

Sola etenim sedat concaua testa sitim.
Sæpius & multo sinuosa uolumine questus
Fundit, et umbriferum personat omne nemus.
Ac mihi dum texto calathus concrescit hybisco,
Barbatos tibi sit pascere cura greges.
Interdum pharetrata fugacibus obuia ceruis
Ibis Lyncæo tegmine amicta humeros.
Candentes humeros, qualis nix albet in Aethnæ
Aeriæ incensis frigida uerticibus.
Quæ, uelut æstiuis tabescit solibus, utq;
Liquitur ex altis lapsa cacuminibus:
Sic miser, Aethnæo quem non minor ignis inurit,
Soluor, & ora madent fletibus aßiduis.
Munera quid referam? torquatas læta columbas,
Picta quoq; hinnulei mollia terga notis.
Qui tener assuetusq; fero, lactisq; fluore,
Caprigenum quærit consequiturq; pecus,
Tesqua per & rupes, & per frutices dumosos.
Iamq; manu instituit carpere dente cibos.
Atq; alia accipies: sed munera nulla mouent te,
Saxa ego uestigans te latebrosa petam.
Quæ nã age? quæ curuis cõuallibus insonat? audis
Quam docili nostros reddidit ore sonos? (mantẽ,
Dura, proterua, procax, petulans, quæ illudis a-
Quò trepidas? nullum iam datur effugium.
Nimirum densis latet hic sub montibus, ite,
Ite canes, rursus rettulit, ite canes.

Certum

Certum est per saltus perquirere sicubi se abdit.
Ite canes. latrat hic, non minus illa latrat.
Conueniant socij, pulsentur cornua bombis,
En reboant rauco murmure saxa iterum.
Fallor, & his forsan latet occultata cauernis
Delia, namq; canes infremit alipedes.
Incutietq; feris rabiem, Cadmeia proles
Senserat iratæ numina sæua deæ.
Fessus an ingenti sub fornice semicaper Pan
Se reficit. locus hic arguit esse deum.
Oblita nam tonso molliq; sedilia musco
Læta uirent. fons & dulcis abundat aquæ.
Tum coma formosis procumbit pinea ramis,
Floret & illæso cespite diues humus.
Excitus hic somno furit irritabilis ira,
Sæuaq; terrificis obijcit ora modis.
Quisquis es opperiar. mugit specus ecce resultans.
Quis scit an his stabulet bellua dira cauis?
Effera quæ uasto si carcere fortè fuisset
Libera, quas strages prodigiosa daret?
Atq; utinam me nunc ingentibus aspera malis
Perderet, ut tandem desinerem esse miser.

Lampius Mediolanensis, lucernulam Thylesio dono dederat.

Aenea uincta hederæ folijs caua tēpora Bacchi
Affixæ gratum præbent mihi lampadis usum.
Vertice nam qua se partes coma fundit in omnes,
Et tenuis ægro capitis patet area summi,
Descendit uelut exiguæ testudinis orbis.
Cornibus hunc operit religatum emblema gemellis
Insigne, inq; uices retegit specus inde remotum,
Agricolæ munus quo Palladis instillatur.
Quem simul accepit calua ærea parua liquorem
Mittit in os. animi cui nuncia lingua palato
Exerta, & sulco cœlata ellychnia anhelat.
Usq; laboranti similis persona uidetur.
Aestuat, efflat hians ardentes faucibus ignes,
Atq; exusta genas atro furit horrida uultu,
Afflatus quodam Semeles uelut ignibus aluo.
Grata mihi, & nostris aptißima dona Camœnis
Lampius hæc dedit, insignis patriaq;, domoq;.
Lampius ingenti mecum coniunctus amore.
Scilicet ut, ueterum seu me monumenta uirorum
Nosse iuuat, Latiū, uel quos tulit Attica Tellus,
Ludere seu mihi quid libet inter carmine curas,
Quis scatet undiq; uita calentibus insperatis,
Lumina sufficeret tam cari munus amici,
Et quasi iucundi socius foret ille laboris.
Ignipotentis opus fuit hoc, deus hoc sibi primum;

Hæret

Ipse sibi & sponsæ formauit Mulciber, exit
Vertice quæ sacro. nam quamuis bellua nobis
Persimilis nutrit similem turpißima alumnum,
Tardigradumq́, molestè ac turpiter incedentem,
Attamen ictus amore procaciter appetit usq;
Coniugium duro formosæ Palladis ore,
Quamuis læta oculos, quamuis nitet aurea crines.
Nec pater abnuit hoc, carum sed nata pudorem
Casta negat sibi posse auferri uiribus ullis.
Ergo infelicis deus in solamen amoris
Finxit, ubi foret inuentum utriusq; deorum,
Et ceu nocturnus uigil esset coniuge mistus.
Numineq́ apposito faber Aegida perficit illi,
Spicula præfigiens adamantina uel polit hastæ,
Aut crebris tegmen capitis cauat ictibus aurei,
Frigida cum tremulis nox ignibus atra relucet,
*Candidus & fuscæ † frater ceßisse * sorori*
Non dolet Oceani delapsus in ima baratri.
Mittit & hanc ipsam gemmisq́ auroq́ decoram,
Ingentem, expressam signis, quo diua tenebras
Pellat, opus si quod cœlesti lucubrat aula.
Aurea seu torquet subtegmina, pectine densat
Seu telas, urgensq́ argutis plausibus æquat,
Ornat acupictrix seu pallam. nam licet usq;
Casta dea est, cupit usq; tamen formosa uideri.
Nec minus hinc illinc omnes dea commouet in se
Spectantes cupide diuos, oculisq́ inhiantes;

Pallas, cuius inuentũ est oleum, sponsa fuit Vulcani.
Simia alluit Vulcanum.

† Dies,
* Nocti,

Venus. *Quàm soror Idæis uictrix conuallibus olim,*
Quamuis illa Cupidine sit comitata uolucri,
Efferus occultos qui spargit arundinis ignes,
Semper & huc illuc blandos dea spirat amores.
Interdum studiosa coloribus atria cœli
Distinguit, uastos armans in prælia fratres,
Enceladumq; Typhœumq;, aëriumq; Mimāta,
Et mouet hinc acies horrendas, inde deorum,
Bellonamq;, Gradiuumq;, Amphitryoniademq;,
Ipsumq; ardenti iaculantem fulmina dextra (entem.
Impauidumq; altitonantem, animisq; in bella ru-
Quē prope Gorgoneis astans furit anguibus ipsa,
Nec superas tanto discrimine deserit arces.
Vnde deus sese gaudet spectare, memorq;
Difficilis quondam pugnæ, pictosq; triumphos
Perlegit, & caræ libat pater oscula natæ.
Quin etiam Phœbi, Musarumq; æmula Pallas
Nocte silente modos, & carmina digna deorum
Auribus inuigilat: docet hæc, quos diligit ipsa,
Omnia sollerti fingit quæ pectore diua.
Atq; alià gratum despecti ad lumen amantis,
Cum facibus primum mortalis sedulus atram
Dispellit noctis nebulam, cœcasq; tenebras.
Iuno, Venus, Pallas, certant de Hespero. *Idq; est, qui cœlo nunc Palladis Hesperus ardet,*
Hesperus æternum decus altisonantis olympi,
Non minus hic quamuis diuûm regina, Venusq;,
Et galea insignis Tritonia certat, in uda
Quàm Phrygio quondam sub iudice lis fuit Ida.

ARVNDO,

siue de usu arundinis.

Fluminis undisonas ripas prætexit Arundo,
Atque erecta comis pariter consurgit acutis,
Quis gelida fessos æstu refrigerat umbra.
Plurimus hic usus, teneras seu iungere uites,
Seu libet agrestes calathos, & uilia tecta
Construere, & pluuias arcere, & idonea soles.
Seu magis incautos pisces captare dolosis
Artibus, hamus aquis illudens pendet aduncus,
Armat eam ferro, raptimque per aëra torquet
Gnosius altiuolas figens sub nube uolucres.
Vel fera montiuagis erroribus acta, uel hostis
Saucius iniecto cadit eminus ilia telo.
Cum breuibus compulsa noto uolat ocius alis.
Quin etiam dentata leuis manus æquora eadem
Attheis, Latijsque notat studiosa figuris.
Pingit & horrendas acies, laudesque deorum,
Legibus emendat mores, iuuat, increpat, ardet,
Extinguitque faces collectas pectore, & iras.
Sensibus & secreta sagacibus omnia rerum
Eruit, immensum pelagus metitur, & auras.
Dulcius hæc resonat, longeque remotius, atque
Immortale magis, quàm quæ pastoris in ore
Mille foraminibus garrit pulsata canentis.
Vnde uagæ pecudes persultant gramina lætæ,
Semiferumque genus Satyri, Faunusque bicornis,

Arguta primus modulatus arundine Musam.
Dicitur & qua sol admotos inficit Indos,
Singula fluminibus nare internodia remis,
Quæ subigit notis uergens uagus incola ripis.
Namq; urent illic Libycis maiora columnis.
Quid referam gratos succos? rimosa fatiscit,
Succinaq; hinc illinc dependent dulcia circum.
Concreti erumpunt lachrymantes cortice rores.
Hinc coquitur, glacieq; riget noua Pyramis, ipsa
Vel niue candidior, uel nectare dulcior ipso.

AENEAS.

Aeneas, post Troiæ excidium, iam, paratis nauibus, soluturus, alloquitur patriam, & ultimum Vale dicit.

Iam noua cœruleas deducta est classis in undas,
Cæsa sub Idæis pinea uerticibus.
Impelluntq; leues suspensa rudentibus auræ
Lintea dilapsis undiq; sideribus.
Linquendum est iam dulce solum, fuit inclyta quondam
Troia ubi, siue armis inclyta, siue opibus.
O patria, ô manibus tumulata hostilibus, omnis
Collapsa in cineres uno eodemq; rogo.
Tanta fuit nunquam è florentibus urbibus ulla,
Tam subitò & casu diruta præcipiti.
Si qua salus superest post fata nouissima, salue,
Atq; uale. extremũ hoc, quod datur, aspicere est.
Non licuit sæuis aut te hostibus eripere, aut me

Te prius optato concidere interitu?
Flauus ubi toties atratus cæde refluxit
Xanthus, ubi & Simois decolor auxit aquas.
Quá ue manus Danaũ pauitans per littora in altũ
Profugit, ratibus delituitq; cauis.
Aut latebrosa grauis tenebras cũ enixa per atras Equus ligneus.
Exitium peperit bellua Dardaniæ.
Cum ciues rapite arma urbs tota fremebat in auras
Vocibus: hostis adest, Ferte, agite, arma uiri.
Ilion æternis deplorandum lamentis,
Quis tua tot potis est, quis mala tanta queri?
Sæuitiam hostilis ferri subijsse per ædes
Ciuili undantes sanguine, perq; uias.
Ignibus heu deuota furentibus omnia. si quid
Restitit, Argolicæ sensit aratra manus.
Tunc potui superesse armisq; dolisq; Pelasgûm
Numine sublatus matris Acydaliæ.
Cum uetus armipotentibus arx Priamẽia Graijs
Capta, malum, auratis ardua culminibus
Corruit, & flammis superantibus omnia diris
Exultabat atrox cæde Neoptolemus.
Quem furere, & geminis immistum uidi ego Atri-
Terribilem abiectis stare cadaueribus, (dis
Hercæumq; Iouem Regis fœdare senili
Sanguine. quàm indigna est hostia cæsa Ioui?
Funera post nati crudelia raptus ibidem,
Ilicet æternum tuq; puerq; uale.

Et soboles germana, perit quæ, excelsa uiretis
Sylua uelut telis saucia nubigenis.
Paridis. *Perdidit unius furor omnes. semper aquosa*
Maluisses Ida pascere lanigeras,
Agresti contentus amore. fuisset Oreas
Siue tibi cordi, candida siue Dryas.
Helenam. *Innuptis quàm sic alienam abducere nuptijs,*
Damnoso insignis factus adulterio.
Cassandra. *Tempore quo uirgo doctissima Priamidarum,*
Sparsa comã, & niueas fletibus uda genas,
Affatur mare prospectans è turribus altis
Infortunatos Laomedontiadas.
En iterum Graijs cadit Ilion, Ilion armis:
Pergama collucent ignibus Inachijs.
O tantum prohibete nefas, miserescite uenti,
Vos saltem uenti pellite, ferte ratem,
Reddite desertis, fugit unde, penatibus, actam
Turbine, uel rapidis mergite uorticibus.
Polyxena. *Quid soror insanam retines? ad busta iacebis*
Tu quoq; amatoris uindicis ulta prius. *quant*
Sed melius, mihi quàm quod Fata inimica refer-
Aiax Oilei. *Impie dira dabis iam mihi supplicia.*
Pallas, *Verte dea ingentes fluctus, è nubibus atris*
Nata patris casta conijce tela manu.
Vltima sed superant immania, maxima Phœbi
Nulla forent utinam, uel rata dona forent.
Sed tantæ reus es seu cædis, siue deorum

In

In mala deuotus numine, tuq; Vale,
Eminus Herculei traiectus acumine teli,
Sparsus & intonsam puluere cæsariem.
Et patriæ ante omnes quondam tutela peremptus Hector.
Magnus Achillæa cuspide Priamides,
Felix Priamides, cui sic occumbere, mortem
Et licuit campis oppetere in patrijs.
Excidio superare tibi non contigit urbis.
O Neptune perit, Phœbe opus atq; tuum.
Nec stupefacta repentinis ululatibus auris
Horruit, & rebus tot doluere oculi.
Infandis rebus, quas nox congesserat una,
Vna omne extinxit nox decus Iliacum,
Ab facinus, celso deiectus culmine quis non
Respersit lachrymis hostibus ora puer?
Sacrilegas miser ille manus tremefactus, & iras
Sensit Vlysseas regius Astyanax.
Imperijs quoq; paret herilibus Hectoris uxor,
Tradita uictoris serua ministerio.
Hic quoq; præmoriens uitasti. munere diuûm
Mors data, non uitæ lux tibi dempta fuit.
Sed neq; regalesq; nurus, matrumq; cateruas
Contigit addictas cernere seruitio.
Perq; salum rapere insuetum, insultantibus essent
Tam procul Argiuis matribus ut famulæ.
Troiugenum regina parens longæua, triumphis
Passa nefas ô quantum acta Agamenonijs,
Et soror Aeacidæ lætalis cura sepulti, Altera

Altera quæq; tuum mouit Apollo animum.
Creusa. *Tertia, quam flammis nequicquã atq; hoste recepi,*
Rapta iterum est coniux regia cœlitibus.
Qui mihi fatalis sociam inuidere laboris,
Iucundam longè qui comitemq; uiæ.
Illa per umbrosas, docuere oracula, syluas
Sacra facit Matri maxima turrigeræ.
Quanta tamẽ cunq; est, mihi certe nulla relicta est.
Præsidet alma alijs, sed perit illa suis.
Care puer, iubeam cur ora madentia fletu
Tergere, & curas pellere Iule animo.
En ego, solator tot luctibus indefessus
Frangor, et huic uni mens mihi pressa malo est.
Viue tamen nostri non immemor, ô ubicunq;
Es nemorum, fluuios seu colis undisonos.
Atq; uale: feror exul aquæ super æquora uasta,
Fata iubent quò me tendere cœlicolûm.
Et pater ipse comes grandæuus non timet ire,
Seruatus patriæ bis pater exitio.
Nec communis amor natus, tua dulcis imago,
Paruus idem profugus denegat exilium.
Cum socijs, mecum simul omnia ferre paratis,
Aspera quæ terræ, quæq; ferunt maria.
Iamq; rates euaserunt, quos igne Penates
Eripui, uelis flamina carbaseis,
Seruate ô semper felicia, uosq; Latinis
Templa manent meritos maxima littoribus.

ARANE-

ARANEOLA.

Haeret araneolae laxis dum caßibus errans
Musca leuis, conata fugam, ſeſe magis ultrò
Implicat, & quatiens alas ſtridore coruſcat.
Effugium dum quae ſcrutatur, labitur. ecce
Illico araneola, opperiens ſi praeda feriret
Reticulum, tenui quod ſtamine neuerat ipſa,
Sub ſalice, & trepidã ſaeuo rapit improba morſu.
Illa iterum fremitu reſonans, pedibusq; repugnãs
Concutitur, ſed nulla datur fuga. forcipe namq;
Preßit atrox, urgetq; tenax, perq; omnia uerſat.
Ac tandem magno luctamine uicta, puſillam
Expirans animam moritur miſerabilis ales.
Callida ſed quàm ſit caecas componere fraudes,
Omnibus inq; locis innectere tenuia fila,
Eſt operaeprecium cognoſcere. Rixa puellae
Maeoniae uulgata diu eſt. quis Palladis ira,
Seu liuore magis mutatam neſcit, amaret
Infelix dum ſe coeleſtibus aequiparare?
Siue in amore ſoror fratris deprenſa phalãgis,
Caſta deae furtim templa inceſtauit Arachne.
Appula nunc etiam puer unde per oppida paßim
Multipedem repit faciem contractus in atram,
Iamq; uetus retinẽt metuenda Phalangia nomen,
Quîs tamẽ ipſa nouũ dedit urbs quoq; priſca Ta-
renti.

Principio

Principiò, ignaros rerum ne occulta moretur,
Quicquid id est, per quod delabitur, aut spuit ore,
Aut denso exterius ceu glomere fila reuoluit.
Quod simulac lucem suspexit Araneus ipsum
Emittit, uictumq; sibi molitur, & usq;
Nectit fila leui deiectus corpora saltu.
Itq; reditq; citus, sursum modo repit, & altum
Iam tenet: hinc rursus suspensus decidit, & iam
Mille uijs æquo discrimine texuit orbem.
Tum malus insidias sub opacis frondibus abdit.
Ne si forte oculis uolucrum leue cerneret agmen,
Exitium, aufugeret tremefactum corda pauore.
Sic positis tandem laqueis, procul occuluit se.
Prospectatq;, plagis si quis nouus incidit auceps.
Ecce feri culices, muscæq;, atq; id genus omne
Alituum, uolat imprudens, & retibus ultrò
Infertur, laxatq; sinus, atq; omnia miscet:
E specula intentus raptim sese iacit alta
Explorator, & implicitas has mordicus, atq; has
Diripit, ac circum lictor ligat, atq; ita aceruat
Omnia uenatu assiduo, uictumq; reponit.
Sed ne forte leues uolucres, infirmaq; tantum
Hunc captare putes, tristem subtegmina Asilum
Densa tenent, sæuitq; furens detentus, at illum
Ingluuie accurrens Venator conficit atra.
Quid referam fucos, & quicquid uirus amarò
Gestat acu? quoties captum fremit, ac uelut ipsos

Dam-

Damnatos factæ suspendit aranea cædis.
Spectaturq; diu passim spolia ampla, cadauer.
Voce minans quamuis immane superbiat armis.
Quodq; uenenatis fert telis, uulnus inurat.
Quin tantis etiam stimulis furit ictus edendi,
Inuolet apricos ut in ipsos sæpe lacertos.
Frenet & incassum torquentes terga, nec ullis
Saltibus excussus, cœcis premat undiq; uinclis.
Nec mora fit, raptet quin subterraneus illos,
Cacus ut auersos retrahebat in antra iuuencos.

CICINDELA.

Tantula nocte uolans uolucris micat aëre tantũ,
Ardenti similis scintillæ, quam puer olim
Aequales inter metuebam tangere, ne me
Vreret, infirma est ætas cum nescia rerum.
Quæ quoniam noctu lucet, cognomen adepta est.
Aut incensa nitet quoniam, uelut ignea lampas,
Cauda sit una licet, nomen non est tamen unum.
Hæc modo summa petens cõmotis emicat alis.
Rursus & adductis fuluum decus aurea condit,
Ardentiq; procul fugiens leuis igne coruscat.
Et quocunq; uolat, secum sua lumina gestat,
Lumina, quæ tenebras arcẽt, quæ flamina temnũt.
Nunc, uelut obsequiosa uidentibus, aduolat, atq;
Fit magis, atq; propinqua magis, scintillat & ante
Ora, minuta uelut candentis frustula ferri,
Verbere quæ assiduo fornacibus excutiuntur.

Ex quo rapta Ioui Stygio Proserpina, nanq;
Vna fuit comitum, ueterem mutata figuram.
Quærit adhuc dominæ uestigia, & omnia lustrat.
Omniparens natura, hominũ rerumq; creatrix,
Difficilis, facilis, similis tibi, dißimilisq;,
Nulligena, indefessa, ferax, te pulchrior ipsa,
Solaq; quæ tecum certas, te & uicta reuincis.
Omnia me nimis afficiunt, quo lumina cunq;
Verto libens, nihil est non mirũ: Dædala quod tu
Effingis, rebusq; animam simul omnibus afflas.
Vnde uigent, quæcunq; uidentur, pabula, frondes,
Et genus aligerum, pecudesq; & squamea turba.

ANTO.

ANTONII THYLESII CONSENTINI DE *coloribus libellus.*



Icam aliquid de coloribus in hoc libello: nō quidem unde cōficiantur, aut quæ ſit eorū natura: neq; enim pictoribus hęc traduntur, aut Philoſophis, ſed tantum Philologis, qui Latini ſermonis elegantiam ſtudioſe inquirunt. Scribam omnia breuiter & accuratè: ac rerum ipſarum nomina, quo ſtatim colores intelligātur, ſingulis apponam.

COERVLEVS. CAP. I.

EXordiar primum à Cœruleo: quo niſi natura ipſa maxime gauderet, nunquam profectò deorum hoc domicilium, Continuo Circū Complexu Cuncta Coercēs, ſpecie tam læta uniuerſum exhilaraſſet: reliquos deinde contexam. Cœruleus igitur dictus, quaſi cœluleus, ut ex uoce ipſa apparet, propriè color eſt

cœli, sed sereni: id quod Ennius respiciens, Cœli, inquit, cœrula templa. atq; inde ab omnibus mare appellatur cœruleũ: refert enim illud eundẽ, quem ab ipso supernè accipit, cœli nitorẽ. Quare ex antiquis nõnulli, ut alterũ Homeri opus, propter cædes, de quibus illic poëta loquitur, colore exornabant sanguineo: sic Odysseam, ubi Vlyssis idem maritimos scribit errores, mẽbrana cõtegebant cœrulea. Sed quoniã cœrulei quædam species est penè nigra, ut quod Indicum dicitur, eoq; olim uestitu Græcæ mulieres amictæ producebãt eorũ funera, quorum in cœlum animas migrasse cœruleũ existimabãt, idcirco pro tristi nõnunquam capitur: ut apud Virgilium, puppis cœrulea Charõtis. Imberq; et sol cœruleus.

Mare cœruleum.

Cœrulei coloris alia species.

Cucumis autẽ cœruleus, nam id quoque legitur, Melopeponẽ significat, qui inter cucumeres (multa enim sunt eorũ genera) pulcherrimus est. Nec tantũ cœrulei uidetur particeps, sed ipsius quoq; mũdi gradus, introrsum uersus attenuatos ostendit, ut hoc olim de eo lusimus:

Cucumis mundi typus.

Quis

Quis neget è cœlo missum? formamq; coloremq;,
Atq; gradus cœli, nectaris atq; refert.

Eſt enim ſapore ſuauiſſimo. Sine ulla dubitatione, quod nos cœruleum, Græci dicunt cyanëum, in quorum etiam commentarijs lazurion inuenio. Aſcribitur huic generi, qui Venetus olim, nunc uulgo Blauus nuncupatur, color ex factione Circẽſi ualde nobilitatus. Fuerũt autem colores in circo, præter hunc Venetũ, roſeus, albus, & praſſinus: quibus auratus poſtea, purpureus & luteus additi ſunt. De ijs ſuo loco dicemus.

CAESIVS. CAP. II.

CAeſius uero ſi dictus eſſet, ut doctiſſimi uiri monumentis olim tradiderunt, quaſi cœlius, à cœlo, eadem foret in cœlo & cæſio diphthongus. Conſtat autem eſſe in ijs uocibus diuerſam. Nihil præterea differret à cœruleo, quando id, ut oſtendimus, à cœlo deductum eſt. differt autem ſine dubio, uel ex ipſius M. Tullij autoritate, cuius hæc ſunt uerba in primo de Natura deorum libro: Cæſios oculos Mineruæ, cœ-

Cærulei coloris à cæſio differētia. ruleos eſſe Neptuni. Ad hęc, non, quemadmodum legimus Cœlum, Mare, Veſtem, Florem cœruleum, ita legimus Cœlum, Mare, Veſtem, Florem cæſium: ſed oculos tantum cæſios, ueteres dixerunt, quibus ineſt fulgor quidam uiſu horrendus. Vnde exiſtimo, ſicut Cæſar, & Cæ-

Cæſius. ſo dicuntur à cædendo, ita Cæſium à cæde nominatum eſſe: ut qui cæſius ſit, cædem quodammodo oculis minari uideatur: qualis prælio gaudens & cæde dicitur fuiſſe Minerua: ex quo illa ab antiquis uocata fuit, ut ego arbitror, Cæſia. Significat hoc M. Cicero, ubi de Catilina ait: Notat & deſignat oculis ad cędem

Catilina oculis cæſijs. unumquenq; noſtrûm. Hic, qui oculis, ad cædem ſenatores deſignabat, Cæſius erat. Cuius etiam oculos Salluſtius inſignis hiſtoricus fuiſſe tradidit fœdos, id eſt cæſios. Cuiuſmodi memoriæ proditum eſt Neronis quoque oculos fuiſſe, quod ipſum non leue fuit argumentum tyrannicę crudelitatis. Quin à Terentio

Facies cæſia. cæſij hominis facies dicitur cadaueroſa, hoc eſt immanis, & ſæuitiam arguens,

qualem

qualem ſicarij præ ſe ferunt & carnifices: quamuis alij parum eruditè cadauerosam pro ſubliuida expoſuerint. Enim uero leonis oculos ſi quis inſpexit, qualis ſit hic color, intelligit. Micant illi, ut ſtudioſe ipſi propè conſiderauimus, uelut ignis penitus flagrans. Dicitur color hic Græce ab omnibus Glaucus, quod uerbũ longo iam uſu Latini poëtę ſuum fecerunt. Latius tamen patet Glaucus: nam præter oculos Noctuinos, quos, ut auis ipſius Græcum nomen declarat, omnes glaucos eſſe confirmant, multa quoq; dicuntur glauca. ut ulua paluſtris herba: ut ſalix, cuius cùm frondes, tum multo magis cortex in ramis, præſertim anniculis, nitet hoc colore. Quem laudat Virgilius in equis, eosq; noto carmine glaucos appellat, cõmuni Italorum lingua Baios nominatos. Nã ſpadices honeſti ab eodem Poëta ibidem uocati, illuſtriores ſunt aliquanto: Baij & ipſi, ſed clari, uulgo nuncupati: atq; ij duo aliorũ omnium maximè probantur colores in equis. Vlua igitur ſalix, quas idem Virgilius

Glaucus color.

In equis quis color probetur.

gilius glaucas dixit: equi itē species optima, castaneæ: etiam nucis tunica, aliaq; multa, præter leonis ac noctuæ oculos, colorem glaucum ostendunt. Sed ut un de discessi, redeam, quādo Cæsius color tantum est oculorum, uidendum est, ne

Charopos color. is sit potius quem Aristoteles charopon uocat. Sic enim ab illo dicitur leo, ab oculorum sæuitia, quem Catullus poëta doctissimus Cæsium appellat. Vnde

Hercules Charops. Hercules cognomento dictus fuit Charops, quasi iracūdè intuens. Nam chara grecè, ira quoq; dicit̄ latinè. et ex eodē, ut puto, horrore Charybdis nominata est, & Charon: de quo cū inquit Virgilius,

Stant circum lumina flamma,

Cæsium uoluit senem illum horribilem, ac dirum significare. Quamuis non nesciam, Charopon ab alijs aliter quoque exponi.

ATER. CAP. III.

HOrribilis etiam color est Ater dictus, omnino uelut anthrax, id est carbo: nam proprie est carbonis extincti. Quare scitè, ut omnia, Terentius:

Tam

Tam excoctam, inquit, reddam, atq; atram, quàm est carbo. Et inde à Virgilio cinis dictus est ater, & fauilla atra. Sanguis præterea caloris atque coloris ignei particeps, effusus ac frigefactus, amisso rubore, tanquā in carbonē mutatus, ater ab omnibus uocatur. Dicitur & mors atra, quia cadauer extincto calore illo uitali, quo corpus alitur, atrū relinquitur, ut est carbo: quæ mihi perquàm elegans uidetur similitudo. Quid quod dies atri eadem de causa dicti fuerunt? Qui enim luctum afferebant, carbonibus: ut contrà dies, læti scrupis signabātur gypseis. ex quo Horatius ait,

Mors atra. **Atri dies.**

Creta, an carbone notandi.

Differt in hoc à colore nigro: quòd ut omnis ater est niger, sic non omnis niger est ater. horrendus est hic, tristis, uisu iniucundus, lugentibus accommodatus: ille contrà nōnunquam lepidus ac uenustus, ut humani oculi sunt cōplures, q̃s nemo atros diceret, sed nigros, iisq; tamē nihil maiori cū uoluptate spectamus. Vocabatur autem ater ab antiquis etiā

Anthracinus, idemq; Furuus. Quibus longè minus sunt nigri, Liuidus & Fuscus. Alter ex graui corporis ictu proueniens, deformitatem habet. Vnde inuidi aliorum bonis, uelut uerberibus laniati, & idcirco exangues, Liuidi nuncupantur. Alter nō insuauis, & in homine persæpe laudatur. Qui tamen si modum excedit, ac maxime fuscus est, & quasi nigrescit, Pressus dicitur: ut quæ aliquandiu sub prælo uestis pressa, nimium coloratur. Legimus etiam equi colorē Pressum. Secus uero fasciolæ Coloriscæ dictæ fuerunt, quæ non saturatæ, sed uix colore aliquo illitæ, è coronis dependebāt. Est autem forma diminutiua, ut Lycisca, Syrisca. Aquilum ueteres hunc fuscum à colore aquæ uocarunt, qui inter nigrum est & album, id quod Plato etiam docet.

Liuidus. *Fuscus.* *Aquilus color.*

ALBVS. CAP. IIII.

EST autē albus color purissimus, quocirca ad animum translatus pro syncero capitur: is nullibi quam in niue, clarior est, quam tamen atram esse Anaxagoras

goras affirmabat. Sumitur pro pallido, unde timor albus legitur, & Metu exalbuit. Quam ob rem Romanæ mulieres quondam funera sequebantur in ueste alba, tanquam mortui quem efferebant, colorem referrent. Elucet candidus, atq; oculos delectat. At candens non hoc tantum est, sed pro ignito accipitur. Itaq; Veneris humeros rectè dixeris candidos, uel candentes: ferrum quod à marito tunditur, nō candidū est, sed candēs.

Anaxagoras niuem atrā dixit.

Candidus.

Candens.

Eiusdem generis est Canus, qui et si ad alia trāsfertur, propriè tamē est capilli, & barbæ senilis. Nascitur equus nonnunquā canus atq; albineus, nō idem qui & candidus aut albus, sed huius nō expers.

Canus.

Est et color albi nigriq; particeps, à Græcis inde Leucophæos, uoce iam à nostris usurpata, uocatus. Genus est id coloris natiui: nō enim inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hunc sibi secta sacerdotū sumpsit sanctissima, qui nulla tunica linea penitus induti, pro cingulo reste se uinciūt nodosa, ac ligneis tantū calciamētis usi, precario uictum quæritant.

PVLLVS. CAP. V.

QValis uero sit pullus, ostendit terræ ipsius color: maior enim illius pars pulla est. Itaq; quoniam ea mortuis iniicitur, uoluerunt ueteres, ut qui lugerent, pullis pallis, terræ similibus, essent amicti. Dorsum etiam leporinum propriè est pullū: quā ob rem naturæ ipsius doctus magisterio, terram recentem ab aratro metu pauidus quærit ille, ibiq; nō nunquam stratus, nullaq; re abditus, uenatores, canesq; ipsos prætereuntes, ac sagaciter propè omnia perquirentes, coloris tantum beneficio sæpissimè latet: & , ut in quodam epigrammate de lepore diximus,

Pullū leporis dorsum.

Quem fuga nō rapit ore canū, nō occulit umbra,
Concolor immotum sub Ioue terra tegit.

Nulla arte aut impēsa color hic paratur. Natura enim sic prouenit, unde Natiuus quoq; uocatus est: diuersus ab eo de quo locuti sumus. Iamq; nos Cōsentini, apud quos multa antiquitatis uestigia apparent (siquidem & præficę, ut quondā, mortuos laudant, & silicerniū in usu est, ac

Natiuus.

ac nemo ſine ſuorum oſculo ſepelietur) utriuſq; ſexus ueſtimentũ funebre, natiuũ dicimus, quamuis atrũ ſit illud: & in mulieribus matrimonio iunctis cyaneũ, quo græcè, ut dictum eſt, olim in funere utebantur. Idem quoq; Hiſpanus uocatus eſt, & Bæticus, etiam Mutinenſis. In ijs enim locis id genus lanæ uidetur. Eſt autẽ Pullus nomen, ut reor, diminutiuũ à puro: uelut à rara ueſtimenti genere, ſit ralla: ab opera opella, à terra etiam tellus: ut lana pulla ſit pura, nullo alio colore infecta, ſed ſuo tantum & ingenuo contenta. Colorias, huiuſmodi ueſtes per ſe coloratas, aliqui dixerunt. Poſuit hãc uocem Auguſtus in ſuo teſtamento, ubi hæc uerba legebantur: Gauſapes, lodices purpureas & colorias meas. Atque indidem, ut ſentio, dicti ſunt pulli equorum, aliarumq; pecudum, quaſi puri, nulla adhuc libidine aut labore uiolati.

Sunt huic pullo ſimillimi, color Impluuiatus, dictus uelut fumato ſtillicidio implutus: & Suaſus, qui Inſuaſus quoque uocatus, lutum refert. Eſt autem Suaſus *Impluuiatus.*

Suasus. Suasus è stillicidio etiam factus fumoso, in uestimēto albo. Quare haud dubitanter non alius est quàm Impluuiatus: quã uis aliqui tradiderint colorem omnem, qui fiat inficiendo, suasum dici, quod illi quodam modo sit persuasum, in alium quemuis colorem ex albo transire.

FERRVGINEVS. CAP. VI.

FErrum longo situ rubiginosum, facile ostendit colorem ab ipso appellatum Ferrugineum: agit enim is, id est refert colorem ferri. Quin & filamenta, quibus sæpe Conopæum, & multæ prę terea uestes lineæ circum suuntur, Ferruginem dicunt infectores. Tunica etiam nuclei pinei, lanugine quadam pulueru lenta, ferruginea est. Erat is quoq; lugentium color. Itaq; capitur nõnunquam & ipse pro funesto, atq; ea de causa Hyacin thi dicti fuerunt à Vergilio ferruginei, quasi lugubres: quia puerum, ut est in fabulis, casu interfectum Apollo diu luxit, atq; in eius folijs uelut epitaphium, in sui doloris perpetuũ monumentum inscripsit;

Ferruginei hyacinthi.

psit, non quia uerè floris color sit ferrugineus: est enim is, in quem mutatum ferunt adulescentulũ, purpureus. De Hyacintho in literatum flosculum transformato, fecimus hoc:

Nil opus elogio redimire, aut flore sepulchrum.
Ipse sibi flos est, elogiumq; puer.

Eodem modo cœlum uocatur Ferrugineum, hoc est nubilum & triste. atque apud eundem Vergilium, Sol caput suũ nitidũ in morte Cæsaris texit ferrugine, quasi colorem se induit lugenti aptum, ut tanti uiri cædem Sol ipse lamentari uideretur. Nec alia ratione Charontis nauiculam dixit ferrugineam, quàm quoniam ea una, loco Sandapilæ, mortuos omnes uespillo indefessus transuectat. *Cœlum ferrugineum.*

RVFVS. CAP. VII.

NOn eundem esse Rufum, atq; Rubrum, ex hoc intelligi potest, quod recte dicitur sanguis Ruber, Rufus non rectè. Rursus barbam & capillũ Aenobarbi, Rubrũ ueteres non dixerunt, sed modò Rufum, Rutilũ modò, qui idem est. Quin & canes immolabant Romani sacer-

sacerdotes, nũquam rubras uocatas, sed quas nunc rufas, nunc rutilas appellabant, ad placandum caniculæ sidus, frugibus inimicũ. Ex quo manifestum est,

Rufus et rutilus idem.

rufum, rutilumq; eundem esse, id quod ex antiquis etiam aliqui docent. E canis igitur colore satis noto, atq; è multorum barba & capillo, cuiusmodi sit color rufus, apparet. Hunc rustici in armẽtis Robum, Giluumq; olim dixerunt, atque etiam Heluum: ut uini genus est quoddam inter rufum albumq;, nulli non cognitum: quod quoniam cerasi colorem refert duracini, Cerasolum aliqui dicunt

Burrha uitula.

Italiæ populi. Sed & Burrham ijdem appellabant uitulam, quæ rostro esset rufo. At homo burrhus est, qui pransus, cibo & potione rubet. hunc aliqui etiam

Rubeus.

rubidum uocant. Inuenitur & rubeus, & si aliqui non indocti uocem non esse latinam monuerint. Cum tamẽ apud autores non malos, ex uuis nigris fieri uinum forte legatur, è rubeis autem suaue. Nec non bos rubeus probetur. Verbum est omnino rusticum: nec prorsus idem

idem color est, qui & ruber, sed ad eum proxime accedit. Quid quod russeus etiam legitur? Negat quidam è uetustis grammaticis dici posse, russum iubet, ex quo pannus est russatus. Vtrunque certe latinum est, sed aratoris magis, quam oratoris. Habent enim & sua uerba, qui ruri uiuunt, urbanis nonnullis inaudita. Russeum equum dicunt illi, qui non planè russus est, sed aliquanto minus ruboris habens: idem ferè uidetur. Hic autem, quoniam quasi cruentato similis est, hodie Saginatus, quasi sanguinatus uulgo nominatur: quamuis huius nominis nonnunquam equi albescant. Russeus. Russus.

RVBER. CAP. VIII.

Rubrum maximè indicat animantium sanguis, & quo lana inficitur, coccus: granum id à nostris uocatur. unde uestis est Coccina, nulli ignota. Ostentat tamen hunc colorem præ cæteris rebus liquor purpuræ, cuius adeò gratus est color, ut si quid paululum habeat ruboris, modo uisu sit illud Coccus.

non

Purpureus non iniucundum, Purpureum sæpe dicatur: ut sunt uiolæ, et uaria florum genera. quin & candidus, is enim quoque oculos remoratur, à poëtis uocatur nonnunquam Purpureus. Nam & olores purpureos dixit Horatius, & niuem ipsam purpuream Albinouanus. Inuenitur & Blatteus, positus pro purpureo. Non prætereundus est color uiteis frondibus arefactis similimus, & idcirco Xerampelinus græce dictus. Vsurpant hanc uocem Latini. certum enim Vitis genus, adulto iam autumno pampinis rubet, uelut cruentatis: unde nomen colori inditum est. Rosa ab omnibus nunc dicitur sicca.

Atrabapticas uestes eo colore infectas, quoniam in eo purpura nigresceret, aliqui appellauerunt. De ea re fabellam excogitatam, his uersiculis fui complexus:

Cæderet immeritæ uitis dum crura, cecidit
Ipse sua, & dira cæde Lycurgus obit.
Vnde prius uiridis, rubet hostis sparsa cruore,
Illæso uitis stipite, & ulta nefas.

Roseus.

ROSEVS. CAP. IX.

IVcundiſſimus omnium eſt color Roſeus, atq; humano corpori, ſi id formoſum eſt, quàm ſimilimus. Itaq; os, ceruicẽ, papillas, digitos roſeos Poëtæ dicunt, id eſt cãdidos, rubore ſanguinis penitus diffuſo cũ uenuſtate. isq; color proprie eſt, quem communis ſermo Incarnatum uocat. Refert enim maximè omniũ pueri nitorẽ, ac uirginis, roſa: nõ Mileſiã intelligo, quæ nimis purpurea ardere quodãmodo uidetur: nec rurſus albam, ſed quę utrinq; decorem accepit. Et quia corpus hominis imitatur, quod lingua uernacula carnem appellat, eadem id genus roſarum Incarnatum nominauit. Cicero colorem hunc Suauem dixit. *Incarnatus*

PVNICEVS. CAP X.

A Phœnicibus color Phœniceus, puniceus quoq; dictus, flagrat uelut uiola flãmea: atq; ita à multis olim purpura uocata fuit uiolacea. Hodie penè nomen ſeruat. nam Paonacius, quaſi puniceus dicitur: & ſi aliqui uocem hanc uer-

g naculam

naculam à pauonis colore factam uolũt. Phœniceum uero, alium ab hoc, palma, quæ Phœnix græcè eſt, à ſe nominauit. Color hic in equo, ut iam diximus, maximè laudatur, qui modò ſpadiceus, baius modò, badius etiam, & balius, uarijs nominibus uocatus eſt. Termites enim palmarum cum fructu, ſpadices & baia Græci dicunt: unde equus ab equi ſonibus appellatur Baius.

Phœniceus color in equo.

FVLVVS. CAP. XI.

EX omnibus maximè lucet fuluus, quem multa iactant, orichalcum in primis, aurum, ipſeq; etiam ſtellæ,

Quas non extingunt uenti, non nymbus aquoſa
Nube cadens, celſa ſemper ſed luce coruſcant.

Quare Tibullus proprie ſidera fulua appellauit. Eſt & aureolæ ſpecies arenæ, quam fuluam dixit Vergilius: & genus quoddam aquilæ, ab Ariſtotele maxime celebratum, colore etiam fuluo. Qui ſi obtuſus quodã modo eſt, atq; obſcuratus, uocatur Rauus. Iamq; ſic Horatius lupam appellauit, cuius colorem noto magis uerbo plerique omnes Fuluum dixe-

dixerũt. Tradunt aliqui Rauos oculos, quos in cane & ariete laudat M. Varro, inter cæsios esse, & flauos. Ornat sæpe color hic flauus, uirginum ac puerorum capita, atq; in maturis frugibus semper elucet: necnon pro pulchro frequenter positum uidemus. At Luteum nihil æquè ostentat, ac flos calthæ, & genistæ, ouiq; etiam uitellus. Croceo est hic perquàm similis, sed lucidior aliquanto, ab antiquis flammeus quoque dictus, quoniam eo flaminis uxor Flaminica utebatur. Potest hoc loco Pallidus poni, ac Luridus. mortui color est hic horribilis, ipsiusq; mortis, ut poëtæ dicunt, & Plutonis. ille nonnunquam uel gratus in homine, atque amabilis.

VIRIDIS. CAP. XII.

CViusmodi sit color uiridis, suppeditat exemplum herbarum multitudo, quarum tanta est uarietas, ut cum earum uis sit infinita, nulla tamen æque, atque ex ijs aliqua, prorsus uireat, sed omnes inter se discolores uideantur: id quod in reliquis omnibus co-

loribus apparet. Quare si minus est hic albus, aut niger, quàm ille, non idcirco nomen albi amittit, aut nigri. Ex auibus autem insignis est hoc colore psittacus, auis inde à quibusdam Viridis appellata: & qua nihil lætius est, Smaragdus. Maximè quoque lucet uiriditas in genere quodam scarabei, cuius ipse meminit Aristoteles. Is quoniam dorsum habet nota quadam aureola sic litum atque illustratum, ut Lunæ speciem exiguæ sustinere uideatur, nō inuenuste à nobis Cōsentinis equus lunæ nuncupatur. Fecimus hoc iampridem de Scarabeis iocosum epigramma.

Scarabeorum genus extremè uiride.

Paruula Sisyphio gens condemnata labori,
Quas figula ipsa facit, fertq; refertq; pilas.
Pars nigra, ut Aethiopū manus usta caloribus horret,
Regia pars uiridi picta colore nitet.
Parua micat cuius dorso nota, magna minutis
Si conferre licet, Luna pusilla uelut.
Dixit equū lunæ hinc cognomine Brutia tellus.
Quod si bellator sic nituisset equus,
Illo capta foret non una Semiramis, essent
Centauri & plures, quàm genus est hominū.

Egregius

Egregius est inter colores, qui uirent, Prassinus, multorum carminibus collaudatus: nunc uiride porrum ab Infectoribus uocatur.

EPILOGVS. CAP. XIII.

Libet epilogum addere: uarietatem proprie de coloribus dici: ex quo ue-stis uaria, discolor est, diuersisq; coloribus consuta. Diuisam nunc omnes uocant: & equus uarius, non totus uel candidus, uel niger, sed his, alijs ue coloribus distinctus. sic & cœlum uarium, cuius partes serenæ interlucent, partes nubilæ tristantur. Atque alium sæpe pro alio, si inter eos affinitas est, colorẽ usurpant poëtæ: ut lumen Mineruæ flauum dixit Vergilius, pro glauco, quo uenustatem quoque esse in oculis Deæ ostenderet. quemadmodum amictum Tyberis, cuius aquam alibi flauam appellauit. Glaucum idem esse cecinit: est enim inter hos colores similitudo, & quasi uicinitas. Sicut iam dictum est, Albus pro pallido, ac Cœruleus pro subuiridi poëtice ponitur, proq; etiam subnigro, mul-

Color uarius.

tiq; præterea inuicem cedunt. Ex omnibus uero maxime contrarij sunt, Albus & Niger: quare nihil æquè apparet, atq; in alba papyro atramentum. Vtebantur ueteres, quod nunc etiam seruatur, cum librorum titulos notarent, colore puniceo, in honorẽ memoriamq; Phœnicũ, quos literarũ tradunt fuisse inuentores.

Incerti colores. Sunt etiam è coloribus aliqui incerti, qui intuentium oculos fallunt: ut est cœli nitor, quod cum tenebrosum quidam autument, illustratũ radijs solaribus cyaneum uidetur, ut iris, ut quas suspicimus nubes nonnunquam ignescere, ut mare ipsum, quod præter cœruleum, modò atrum horret, modò uirescit, interdum etiam flauum, rauumq; se ostendit, aut specie quadã purpurascit uiolacea. Non idem quoq; decor in collo cernitur colũbæ & pauonis, unde aues sæpe dicũtur uersicolores: quale est serici genus satis notum, quod è diuersis partibus spectanti non eundem offert coloris leporem.

Discolor. Discolor autem non modo pro uario sumitur, sed si quid eundem colorem

uelut

uelut radios quosdam diffundit, ut
Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
At decolor is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus est: atque iccirco pro deformi capitur, & nigro, ut decolor Indus. nam Concolorem, eiusdem esse coloris, nemo ignorat. Ad hæc colores bifariam diuiduntur. nam Austeri uocabantur reliqui omnes, præter Miniũ, Purpurissum, Cinnabarim, Armeniũ, Chrysocollã, Indicũ, quos floridos dixerunt. Sed hæc pictores uideant, quibus olim in usu tantũ erat, Melinus color, Candidus, Silaceus, qui inter cœruleos nominatur, Sinopis genus rubricæ, & atramentum. Quidam etiam suaues dicti sunt, ut flauus, purpureus, candidus, in primis roseus. humanis autem oculis nihil uenusti hominis colore suauius uidetur. Inesse uero coloribus suauitatẽ, prẹterquàm quod sensus ipsi iudicant, egregij Latinitatis autores ostendunt, M. Cicero, & Vergilius Maro: quorum alter suauem hominis colorem dixit, ab altero Decolor.

Suaue rubens Hyacinthus

uocatus est. Alij tristes sunt, & lugubres: uelut atrum esse diximus, pullum, ferrugineum, & cœrulei speciem. Quin, ut uidentur, sic sordidi etiam aliqui dicti sunt, ut de quibus locuti sumus, Suasus & Impluuiatus. ijs enim rei, ut misericordiam apud iudices captarent, se deturpabant. Talem quoque fuisse uestitum Charontis ostendit, cum inquit Vergilius:

Sordidus ex humeris nodo pendebat amictus.

A' locis. Iam uero colores partim nominati sunt à locis, ut puniceus Tyrius, idemque Sarranus. Purpurei sunt hi, Indicũ, Sinopis, Melinus, Hispanus, Bæticus, Mutinensis, de quibus dictũ est. Colossinus, à Colosso urbe in Troade, ubi lana inficitur, florem referens cyclamini, quod tum rapum, tum terræ malum, ac tuber uocatur, à nobis Consentinis Terrigena, fulget flos ille inter candorem & purpurã.

A' metallis & plantis. Partim à metallis nuncupati sunt, ut Plumbeus, ferrugineus, argenteus, aureus. Sed à plantis nomen acceperunt complures, ut præter Phœniceum, id est palmeum,

palmeum, ac Xerampelinum, Buxeus est, qui pro pallido sumitur. pallet enim præ cęteris buxea materia. Roseus pręterea: Hyacinthinus, in quo purpura lucet subnigra: Hysginus, ab Hysge herba: Coccinus, & utriq; similis Sandycinus. Violaceus, qui et Iāthinus, ex quo Tyrianthinus, è purpura, ut nomē indicat, factus, & uiola. Additur his Croceus. unde Crocotula, uestis genus: ut à caltha, Calthula: à bysso, lini genere tenuissimo, Byssina. erantq; hæ omnes Luteæ, sed Byssina penè ut aurum fulgebat. Fuit in usu uestis à citri similitudine, Citrosa dicta. Et quædam coloris candidi, Papauerata à Lucilio Satyrico: cum eam, ut probrum, Torquato obiecisset, nominata. Inuenitur quoq; Galbina, uestis alba, à galbano. A' Maluæ item flosculo color est Molochinus, ut à punicæ etiā flore Balaustinus. Virentis quoque porri folia nomen ex se, ut iam diximus, fecerunt Prasinum. Multi præterea ab animalibus uocati sunt, ut Ceruinus, murinus. Atque hi colores sunt in equo no- *Ab animalibus.*

tiſſimi. Muſtellinus, de quo Terentius. Ictericus, qui regio morbo laborat, à colore galguli, quam Græci auem Icteron dicunt. Luteus eſt hic admodum. Cygnæus, idemq; latinè Olorinus, id eſt candidus: ut contrà Coracinus, niger. Aſcribuntur & his Oſtrinus, Conchyliatus, Muriceus, purpureus, ab Hercule ut fabulantur, primum inuentus. Feci paucos de ea rè Choriambos, quos uiſum eſt hic ponere.

Errat dum bibulis Herculeus littoribus canis,
Nantem fortè uidet ſpumifero gurgite purpuram,
Aggreſſusq; ferox corripuit uiſcera mordicus.
Mox paſtus rediјt cōmaculans gramina ſanguine,
Quem Tyro ſimulac pulchra uidet (nanq; erat hæc comes)
Prolutum roſeis candida ſic ora coloribus,
Alcidem alloquitur: Non alio munere te ſequar,
Quàm ſi picta mihi palla rubēs huic ſimilis datur,
Quod nūc per ſpolium terrificæ te rogo belluæ,
Inuictæq; manus robora, per tela ſonantia,
Non ignota auibus nubila trans lata fugacibus,
Da ferre hæc (poteris nam omnia) nec te tenuit maris

Circum-

Circumfusa palus, Hesperidum quo minus aurea
Ferres munera. Sic brachiolis fata reuinciens
Robusta implicuit nympha pcax colla tenaciter.
Paret uictus amans blanditijs Amphytrionius.
Nactusq; exanimem, quam expuerat iam mare, purpuram,
Infecit Tyrio primus ouem murice candidam.

A' rebus deniq; diuersis nonnulli colores dicti sunt, ut igneus, flammeus. Sic orbis, nitorq; solis, ab Attio & Catullo appellatus est. Quare color Solis, & quia ita apparet, & ex illorum autoritate, Flammeus proprie potest uocari. A' cœlo, ut iam principio dixi, Cœruleus est. Marinus, & Thalassinus, à mari: ab unda, Cymatilis et cymatius: idemque est in ijs omnibus color. Quinetiam ab arcu pluuiarum nuncio, Arquatus est nominatus. Hyalinus, qui & uitreus, niueus, marmoreus, lacteus, eburneus: quo dictus fuit cognomento, propter candorem corporis, Fabius quidam. Amethystinus præterea, ex quo Tyriamethystus in usu fuit olim. Sandaracinus, flammeus est is, quibus etiam

Implu-

Impluuiatus, ſanguineus, atque herbidus adduntur. Cereus item, piceus, cinereus, ut Cardui genus eſculenti à colore Cinara uocatum. In hoc autem carduo eſſe etiam aliquod ipſius uirtutis ſimulacrum, pauci quos hic ſubieci, declarant uerſiculi:

Vt uallatus acutis
Circum frondibus horret,
Intus ſed tamen abdit
Dulcem Carduus eſcam,
Cœlo miſſa ſereno:
Sic uirtus, puer, aſpris
Ambit ſentibus ipſam
Iucundam ambroſiam Dijs.

A' ſpumis quoque & maculis, ſpumeus eſt, et maculoſus. atq; ij equorum ſunt etiam colores: ut à guttis guttatus. cuiuſmodi præter equos, canes uidentur non nulli ſagaces, quos à muſcarum ſimilitudine muſcatos dicunt, uelut equus ſcutulatus à ſcutulis: quem ab exiguorum pomorum ſpecie pomulatum uocant equiſones: & ſi orbes ſunt latiuſculi, rotatū.

Videtur ad extremum natura amare

cœruleum: eo enim, ut initiò diximus, mare colluſtrauit, ac cœlũ ipſum: quod nunquam ſtellis fulgentibus ornaſſet, niſi eadem quoq; fuluo maxime delecta retur. Sed quia uiciſſim uidemus terram, aut uiriditate cõueſtiri, aut eo ornatu ſpo liatam, Pullam eſſe, aut etiam candore ni ueo contegi, uiridem, pullum, atq; albũ naturæ gratũ eſſe nemo poteſt dubitare. Nigra inſuper eſt nox, nigri ſunt Indi atq; Aethiopes. Gaudet igitur rerum ma ter colore nigro: quam à rubro nihil ab- horrere, hominum ac cæterarum ani- mantium ſanguis facilè declarat.


FINIS LIBRI DE COLO- ribus, Antonij Thyleſij.

GRAVISSIMO DOCTISSImoq; uiro, domino Ludouico à Flandria, consiliario Cæsareo, patrono in maioribus.

Multum sæpe diuq; cogitaui,
Vir perdocte, patrone singularis,
Qua nam te ratione demererer:
Cum inter tot mihi cogitationes
In mentem uenit optimi libelli,
Quem Thylesius ille cultus, atq;
Multa præditus eruditione,
Recte, Iupiter, & laboriose
Concinnauit, ut assolet frequenter.
Hunc ergo tibi dedico, quòd ipsa
Frons inscriptioq; apta de coronis,
Isto hoc tempore sic uidetur esse,
Cum fratrem bonus auget Imperator
Regni insignibus, atq; dignitate
Romani, ut fieri solet. Valeto.

Ioannes Ludouicus Brassicanus.

ANTONII THYLESII CONSENTINI DE Coronis commentarius, ad Io. Matthæum Gybertum.



Arium antiquis tẽporibus honorem fuiſſe coronarũ, quas Ianum tradunt bicipitem inueniſſe, unde eius nõ nulla numiſmata corollam habent expreſſam, res adeò in promptu eſt, ut eam nihil ſit opus productis quodammodo teſtibus comprobare: quando Græci pariter ac Latini ſcriptores, de ijs ſæpiſſime loquãtur, et grauiſſimus autor Theophraſtus Peripateticus coronas ſcriptis ſuis nobilitauerit: nec non Callimachus, et Mneſtheus, medici de ijſdem ſeorſum à cæteris rebus, quas uterq; memoriæ prodidit, multa diſſeruerint. Horum igitur cum tantorum uirorum labores nuſquam appareant, ſtatuenti mihi aliquas, uelut è Muſarum hortis florentibus per ludum colligere, tuisq; ſacratiſſimis poſtibus Gyberte in perpetuum dedi-

Ianus coronæ inuẽtor.

Theophraſtus de coronis ſcripſit.

dedicare: atq; omnia collustranti, illa primũ suo se obtulit fulgore conspiciendã, quam diuino atque immortali quodam Vulcani artificio cælatam, ipsa manibus suis Venus Dionysio, cum eius & Ariadnæ nuptias dij deæq; complures non sine exquisitis muneribus celebrarent, donum detulit, omniũ quæ ab alijs collata fuerunt, longe formosissimum: solumq; excogitatum, ut subterranei labyrinthi perplexos et tenebricosos errores, uelut noctem Solis cedentem radijs, superaret: ac dignum postremò existimatum, unde cælum ipsum nouem, præter illas quibus ante fulgebat, stellis illustraretur, quot gemmas è Thespiadum numero, globisq; cælestibus earum cantu supra mortalium sensus usq; resonantibus, auro inclusit deorum faber solertissimus: siue eiusdẽ Bacchi fuerit hedera, à nobis in Archinti hortulo carminibus celebrata, quam pro capillo fatorum lege intonsili, in uxoris funere lugens deposuit Liber, eiusq; singulas frondes singulis luminibus accendit cælestibus,

Corona Ariadnæ.

per-

perpetuisq;. Neq; enim palmitibus tantum redimitur ille pampineis, interdum etiam racemiferis, ramisq; ficulneis latè frondentibus, quibus primum dicitur is uictis hostibus triumphasse, aut uarijs præterea sertis eiusdem floret cornigerū caput, sed multò magis hederæ folijs delectatur, Cissi adolescentuli memor, quē humi letaliter afflictum, dum secum Satyriscus temere & immodicè saltaret, in arbusculam mutauit, erraticæ saltationis imitatricem. hinc illud est, *Hederæ corona.* *Fabula Cissi.*

Ludit adhuc, casusq; memor uagus arbore Cissus,
Mille manus quærit nectere, mille pedes.

Quamuis aliqui eandem Thesei manu factam prodiderint è flore, quem ab eodem artifice Thesæum nomine dixerūt. Sit hæc inter coronas, quomodocunque nata fuerit, nūc prima: & si stelliferæ noctis domina id minime patiatur Luna, suamq; longe præferat Ariadnææ. Hæc autem dea, solis (ut perhibent) germana, quam sit ore formoso, & illustri, non datur nobis contemplari. neq; enim diuini oris nitor in oculos cadit mortalium, siue *Luna Solis germana.*

illíus ſplendore uicti hebeſcunt, ſiue in-
digni ſunt tantam uirginis pulchritudi-
nem ſpectare. Sacri modo capitis decus
ſuſpicimus geminis cornibus conſpicu-
um lucentibus. Atq; ita ueteres cum lu
næ ſimulachrum oſtenderent, puellam
faciebant curru per cælum uehi, dimidia
Lunæ ſimulachrum. to lunari globo temporibus accommoda
to, ſurſum uerſus reflexo, ut in nũmo ap
paret æneo, Romanorũ ſæculis percuſ-
ſo. Aſſumpſerunt ſibi tam egregium in-
Arcades proſelinæi. ſigne antelunares, ſic ipſi ſe dicebant, Ar
cades: ex quibus Romana poſtea nobi-
Lunati Ro. calcei. litas accepit, lunæ imaginem pedibus aſ-
ſuens, ut fundamentum, hoc eſt princi-
pium generis, ab Euãdro Arcade dedu-
ctum eſſe ſignificarent. Quin & Au-
guſtus Cæſar in hoc idem argumentum
argentum ſignauit, ubi eadẽ ſpecies cur-
uatæ lunæ expreſſa eſt, maioris auuncu-
li, unde adoptatus fuit, ſtellam utroque
cornu penitus complexa: ut inde quoq;
gentem ſuam gloria augeret. in qua qui-
dem re non potuit locum excogitare O-
ctauius toto cælo digniorem, ubi Cæſa-
ris

tris ſui animam collocaret, quàm ut in lu-
næ ſemicirculo eam includeret. Sed ne-
ſcio quomodo dum in rebus antiquis, &
alienis puto me uerſari, in præſentibus,
proprijſq; uerſor, quando inſtar ſupini
hemicycli lunæ dimidium argenteæ, tri-
bus ſtellis ſplendẽtibus adiunctis, tuum
eſt eximium geſtamen Gyberte. Vt au-
tem unde deflexus eſt, eò reducatur ſer-
mo: quam aliarum primam dixi, non pu
deat Gnoſiam coronam lunæ concede- *Gnoſia co-*
re, ſuæ aliorũq; omniũ ſiderum reginæ. *rona.*
A quibus ut ad eas ipſius naturæ opifi-
cio formatas, ac mortaliũ oculis propius
admotas deueniã, ne aliquid de floribus
dicã, quorum plerîq; foliorũ ambitu ua-
rijs colorib. diſtincti, puſillę coronæ ſpe
ciẽ referũt, habet Meſpilũ neſcio quid hu *Meſpilum.*
iuſmodi, quod id ipſum in punico, cu-
ius arbor ſola ex omnibus flore rubẽs pu
niceo in Cypro inſula Veneris ſata ma-
nu primũ uiſa fuit, multo diſtinctius eri-
git, adeò ut inter omnes alias arborũ fru
ges, quaſi regnũ obtinere uideat̃. Nec
regio tantũ inſigni, ſed totius mali ſpe-

cie, granisque, uelut regũ diuitijs, penitus inclusis, purpureo quodam fulgore nitẽtibus aptissime constructis. Pulcherrimũ prouenit hoc in nemoribus Cõsentinis, ubi terræ cælique benignitate plantarum omnium fructus incredibili copia spectantur eximij. Fecimus nos & de eo carmen. Ex animantibus autem, ut serpentes missi fiant cristati, & oculea cõspiciendus cauda Iunonius Pauo, aliæque aues, atque ipsa Ciris Virgiliano carmine descripta uenustissime, coronatus incedit, quẽ à Persis accepimus. Gallinaceus leoni formidolosus, nõ nocti tantũ, Cybelæ, Mẽsi, Mercurioque, & Marti, sed ipsi quoque Ioui atque Aesculapio medico cõsecratus.

Serpens. *Pauo.* *Ciris.* *Gallinaceus quibus sacer.*

Quorum alter: nam sapiens illa, & omnibus disciplinis erudita uetustas, deos coluit, nihilo quàm homines, minus uoluptarios, ut eorum exemplo nequiter uiuerent ipsi, neque enim fas fuisset se dijs immortalibus meliores exhibere: Ex illis igitur alter diuûm pater, atque hominum rex, in quotidianis sympotijs, ubi olim in cœlesti triclinio (nam nunc ne in

Deorum symposiũ.

terris

terris quidem locus relictus eſt ullus) ſimul diſcumbebant Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Quæ dearũ, deorumq; nomina aptè compoſuit Calaber Ennius, cum nullã tamen coniunctionem adhiberet, fecitq; ut Venus Marti accumberet, quo non ſine amore, ut ſodalium unà diſcumbentium mos erat, res ageretur: in illis inquã ſympoſijs perpetuus cœnandi magiſter Iupiter, nectar à Iuuẽtute, uel Ganymede aſtãtibus miniſtratum potabat, quercu redimitus, aut olea. Ex quo bellũ, puto, inter utranq; antiquum & immortale peperit Zelotypia. nihilo enim deterius hæ inter ſe plantæ diſſentiunt, quàm Arundinis eſt cum Filicto diſcordia, quàm uitem odit *Plantarum dißidia.*

Braßica, Threïcij lachrymis exorta Lycurgi.

Quàm inter hanc eſt, & origanum inimicitia: ut nihil quærendum ſit, homines inter ſe animis hoſtilibus diſſentire, quando illud idem nihil ſentientibus à natura ingenitum ſit. Quercum uerò *Quercus Iouis.*

oraculis consecratam, Ioui esse cordi, nemo ignorat. At olea solstitij index ab eodem amatur, cum folijs sit cæruleis, ut cæli, ubi is regnat, uidetur color. Communem hanc habet cum Ioue, è cuius uertice armata exiliuit Pallas Gorgonia, quam tamen nonnunquam myrto permutat. Alter canus, alumnus Phœbi semper adolescentis filius, Aesculapius senex, ut Vesta, quæ præter laneam coronam adamat etiam lauream, ut seditionis expultrix Concordia crinibus circumuiret laureatis, ut ipse Apollo pater per cælum curru uectus quadrijugo dissilientibus radijs effulgens: sic artis, frondisq; paternæ æmulus ille, caput frustra ijsdem uallatum habuit folijs, cum à ui fulminis transuerberatus interijt. Magnum sustinet pondus Cybele turribus, usque circum deæ uerticem piniferum urgentibus. opinor multo magis hæc laborat quàm Atlas: quando longè grauior est solidus terrarum globus, quàm cœlum, suapte leuitate suspensum. At doctrinarum inuentrices Musæ leuibus pennis

Olea. *Aesculapius.* *Cybele.* *Musæ.*

pennis cæſariem ambiunt uerſicoloribus, in perpetuum nobilis uictoriæ monumentum. Non enim tantum illæ garrulas Pierij filias arte muſica uictas, mutata uirginum forma plumis conueſtierunt, ſed Sirenas maris uſque canentes accolas ſuperarunt: qua puellarum acerrima, diuq; ancipiti contentione, nihil fuit unquam auditu iucundius. cum alteræ Oceani ambitus, eiuſq; ad nos ingreſſiones, tum oras omnes, inſulas, totiuſq; terræ pulchritudinem cantu deſcriberent: excelſos docerent alteræ, continuosq;, & uolucres ſolis meatus, lunãq; noctilucam, ac perpetuo ſplendore illuſtratas ingentes, altasq; ſtellarum moles. Sed ubi tandem canendi ſuauitas, & doctrina Muſis adiudicata eſt, uictrices Iouis filiæ Sirenum alas ſtirpitus diuellentes, ſe nouo ſerti genere nunquam antea uiſo decorauerunt, ne ſolus Maia natus temporibus eſſet aligeris. Spectantur Romæ nouem Muſarum ſigna marmorea, affabre, & antiquo artificio facta: ſingulæ pennam habent capillo ſuffixam.

Muſarum uictoria.

non abhorrent & hæ à palmarum ramis uictoriæ consecratis, eodem semper folio pallentibus. Quarum ex una Vrania
Hymen. genitus Hymen, cingit tẽpora floribus suaueolẽtis Amaraci. Eiusq; comes pro-
Iuno. nuba Iuno, lilia sibi legit candentia, exorta, ut aiunt, ex ipsius lacte in terram effuso, cum in nouercæ dormientis mammã infans Hercules inuasisset, unde rosæ dicuntur Iunoniæ. Imperat & sibi alios flores dea afferi, ijsq; nouæ grauiditatis
Mars. memor, & se, & flore natum Olenio Gradiuum suũ exornat, geniculato propter hoc idem nõnunquam conspiciendum gramine. quamuis quis è deorum numero, ijsdem Telluris muneribus nõ capiatur: Voluptatis amator in primis Geni-
Genius.
Venus. us, platano etiã gaudens: & Venus, quæ non tantum Myrteis frondibus semper odoratis, semperq; uirentibus, sed omnibus quoque floribus delectatur, rosas maximè tamen affectat purpureas, suo-
Cupido. uel Cupidinis exiguo uulnere coloratas: unde gestit puer arcitenens eodem strophiolo ornari, cum ita præsertim se pi-
ctum

ctum à Zeuside, maternum ingressus templum hilaris conspexisset. & si nō desint, qui scribant, candidam prius, necta re perfusam puniceo, rosam illico rubuisse: itaque diuinus etiam odor ex ea efflatur. Est & de hac triplici fabella ad rosam epigramma:

Seu te pinxit Amor, uolucris seu mater Amoris,
Seu rosa cælesti nectare sparsa rubes:
In terris quæ sint ostendis dona deorum,
Circumsepta comis aurea purpureis.

Quis nescit, et in campis Ennensibus flores, cum rapta fuit, studiose collegisse, & inde non semel ad Brutios nostros è Sicilia tua, eruditissime Gyberte, transfretasse Proserpinam, nymphis uirginem comitantibus eadem de causa? Huberrimè enim locorum omnium floret regio illa, ubi serta primum fuisse inuenta memoriæ proditum est. Ac multo pòst in Græcia Stephanos, ab eorum autore appellatos: cui si Diana comitem se adiunxit, argumento est, huic talia esse cordi: quorum tamē summè amat Heliochrysum, quippe quem ferunt circum deæ caput

Proserpina.

Serta ubi inuenta.

Stephani.

Diana.

à puella neſcio qua Epheſia olim fuiſſe inuolutum. Quinetiam Solis miniſtræ, longæuæ, ſed habitu uirginali, formo-
Horæ. ſæ, & cœlibes Horæ, nõ grauantur quotidie mane cælo delabi, & amœniſſimũ Chloridos hortulum ingredi, ut florentes inde torques unaquæque ſibi concinnet. Quæ Zephyri fœliciſſima uxor huiuſmodi terræ diuitijs dotalibus, ut earum domina eſt, ita præter cæteras merito lætatur, nomenq; ſibi indidem po-
Flora. ſuit, & priori repudiato, pro Chloride Flora uoluit dici, atq; è florum omnium uarietate, quas coronas Priſci uocarunt
Pancarpiæ. Pancarpias, non eodem modo capitis contexit ornamentum. Vt nullis non
Pomona. ſolet arboreis fœtibus Pomona frontem circumligare. Cuius multiformis mari
Vertumnus tus, Etruriæ quondam deus, Vertũnus, huiuſmodi mille habet ornatus, mille decenter habet. Elegit & curarum ſedatrix, ac languentium inſtauratrix morta-
Nox. lium ſapientiſſima Nox, Somniorũ mater, ex omnibus unum papauer ſoporiferum. Proprium habet parturientium uo

cibus

cibus implorata dictamnum Ilithyia, ut facile uigeat seruata puerpera partu. Aristam quoque Ceres habet propriam. Secus agit dearum omniũ mitissima Pax: modò enim Phœbeam usurpat, Veneream modò, aut Palladiam frondem: nonnunquam huius ipsius legiferæ Cereris spicea, per urbes iam pacatas, crinibus incedit circumnexis. Datur & hæc eadem dijs domesticis spica. Stulta ac ridicula ueterum religio. Me ne his sæculis natum esse, diesq; ac noctes non lætari, rerumq; omnium Opifici tantæ benignitatis memorem non agere gratias assidue? Etiam Ithyphallo non deerat coronatrix, quæ illum è rebus hortensibus uarijs contexto sibi conciliaret strophio. Verum ut ad coronas redeam è frondosis arborum ramis compositas, sertis floridis antiquiores: habita est in hoc honore populus alba, quám nos Consentini Graiæ orationis participes, Leucam dicimus, ut pro arbuto Comaron, Schinon ꝑ lentisco, aliaq; multa uariarũ rerũ græcis uocibus nũcupamus. Hæc inquã populus

Ilithyia. Ceres. Pax. Lares. Priapus. Populus.

pulus ab Hercule primum consita, sui satoris caput cæliferum frondibus obumbrat bicoloribus: quam arborem Acheruntiam Dionysio Proserpinæ filio, eiusq; Silenis, Satyris senescentibus a, c reliquis comitibus insanis iucundam fuisse fabulatur Græcia, quæ eosdem Marathro quoq; docet solitos nonnunquam coronari. At fratres Tyndaridæ equorum alter studiosus, alter pugnæ, uno eodemq; horoscopo simul enati ex ouo cygneo: unde in speciem oui, oblongius paulo quàm latius, Romæ uidetur Amphitheatrum in honorem Pollucis, quẽ pugilem fuisse nobilissimũ narrat Græcia. Illic enim uarijs modis decertantes undiq; sedens spectabat populus. Nam quemadmodum Circus, ubi curribus contendebant, Soli, uecto indefessis ac pernicibus quadrigis erat consecratus, sic ex eodem patre genitus, suo quodam iure Pollux amphitheatrum sibi uendicat. Ignorassent Syracusani, inquit Cicero, unius sui ciuis acutissimi monumẽtum, nisi ab homine Arpinate didicissent:

Castor & Pollux. *Amphitheatrum.* *Circus.* *Archimedis sepulchrũ.*

ſent: in qua quidem re, ut exiſtimo, non dedecuit patriæ liberatorē, pluribus amplisſimisq; honoribus functum, necnon de literis & Latina eloquentia excellēter meritum, ita de ſe magnificè prædicare. aliis hoc idem non licet, eoq; minus licet, quo longe maior Syracuſis eſt domina gentium Roma. Ac nihil ferè eſt exiguū Archimedis ſepulchrum, ſi huius Amphitheatri molem excelſam, ingentemq; ſuſpicimus: tantum dico, non ut talia iactarem, ſed ut res cognitu non iniucunda, nulli, quod ſciam, hactenus expoſita, ac per me nunc primum excogitata, multisq; & ingenio & doctrina ornatis hominibus, quibus cum eam communicaui, comprobata, aliis quoque eiuſmodi rerum ſtudioſis innoteſceret, me iccirco hoc attigiſſe. Reuertor nūc ad iuuenes ſemideos, geminosq; Tyndaridas. Foliis illi pileum ſuum uinciunt arundineis, quæ fluuiorum plerique ſibi aſſumunt, iisq; quidam fecit Stygium portitorem caniciem ſuam implicuiſſe. Non fugit & hæc Syringis amator Pan ſemi- Charon. Pan.

ferus.

Neptunus. ferus, pinu præterea (Neptuno nõ ingrata, propter Isthmia: de quibus suo loco dicetur) cornua circumuestīcs. Carpit & *Faunus.* idem Faunus, ut inde se pulchriorẽ nymphis ostendat, florentes ferulas, Syluano dilectas æquè ac lilia, æque ac cupressus *Pluto.* conifera, quam omnibus notum est Plutoni placere Summano. Quæro & Saturni *Saturnus.* senium nõ inornatum relinquere. Potest is, si quando animum remittit, Cyrenenses imitari, qui ficis recentibus ipsi falcifero, agrorumq; cultori Saturno sacrificant, circum caput undiq; pendentibus. Sed quid in coronæ ùsum non poterat *Mænades.* uenire? Quãdo Mænades semideę Liberi patris comites, furibundæ capita iactabant anguineis nexibus uiuentibus circumuoluta. *Parcæ.* Nam Parcæ feruntur, uitæ mortisq; arbitræ, niueis & ipsæ uellerib. *Bacchus.* comptæ, Bacchum è paterno femore editum anguibus cinxisse immanibus, pueri tamen ora sine fraude lambentibus: unde in rei memoriam Bacchantiũ pars sese tortis serpentibus incingebant. Ap- *Aegyptij.* plicabant & Aegyptij deorum suorum fronti-

frontibus, ut immortalitatẽ significarent, basiliscum, mortis (ut uolunt) expertem.

E' quatuor autem anni tempestatibus, quæ olim uelut numina colebantur, Anni partes.

Veris tempora floreant comantis,
Aestas torrida sit decora aristis,
Autumni caput ambiant racemi,
Lætas spernet hyems anus corollas.

Proximùm ab ijs, quos in concilio deorum ueteres posuerunt, locum sibi ipsorum uendicant sacerdotes: ut pastor, agrorumq; cultor Romulus, fato tamen ut tantam urbem conderet destinatus, in arualis sacerdotij religiosum insigne Cereali usus est corona, omnium quot unquam Romæ fuerunt antiquissima. Cuius ubique gentium gestandæ nec exules ius amittebant, nec ab hostibus capti: mors tantum illud, uitamq; pariter auferebat. ut quem Naiadum formosissima, Latina, & decima Musa dilexit Egeria, alter Romanorum rex Numa Pompilius, Inuo sacrificans, fagineum ramum gestabat intonsis crinibus obuolutum, Etiam per hũc Fœciales instituti, Romulus. Numa Pompilius.

pacis, belliq; nuncij uerbenis coronabantur. Et sacrificuli regis uxor punicæ uirgulam in eadem corporis parte incuruatam ferebat, quem dicebant Inarculum: alijq; deniq; omnes id genus frondis in eundem ornatum sumebant, quam Deo nouerant, cui sacrificabant, dedicatam.

Anius. Hinc Anius Phœbi sacerdos, Anchisæ occurrit laureatus. quem deum quoniã musici uenerabantur. Eodem modo ornatus in mare desiluit dithyrambi inuentor, euectus delphino, Metymnæus Arion. Sed quid singulos commemoro?

Arion. Augurum collegium. cum augurum uniuersum collegium eadem uteretur laurea, quam ipse summus augur gestauit olim Apollo. Sequuntur

Poëtæ. poëtæ, præstantissimum ex eruditis hominum genus, atque antiquissimum, cælestiq; naturæ propter idipsum maximè coniunctum: unde non sine quodam diuinæ mentis instinctu carmen effundunt. quamuis nunc, ut cæterarum quoque omnium honestarũ artium, uix aliqua uestigia apparent, ita ueteris illius poëticæ semen prorsus exaruit. Cherili

nunc

nunc tantum paſſim uolitant, ſuiq; ama tores ſine riuali, multis carminum millibus editis inſani, & ſuperbientes Suffeni, tum pinguis cæſiorum turba, Aquini inſuper, Bauij, Meuij, & Cluuieni, ſæcli incommoda peſſimi poëtæ, pauci admodũ non inſulſi. Sed qui in Græcia quondam, nobiliſſima primùm illa, & decantata omnibus certamina plurimum frequentabant, ut poëticis facultatibus in maxima hominum corona (ſic enim circunſtantium multitudo uoce appellatur honorifica) cum eiuſdem doctrinæ profeſſoribus contenderent, atque à Criticis præter reliquos probati, in artis & ingenij ſui præmium coronam acciperẽt, nec aliam, quàm qui in idem ſtadium ueniebant, de more donabantur, ſiue iactu diſci certarent illi, ſiue curſu, quo ne pedis quidem ueſtigium in harena relinquens omnibus, cum quibus contendit, præſtitit Ladas: ſiue ſaltu, aut ceſtibus, aut paleſtra, quarum omniũ artium gnari, Quinquertiones à noſtris, à Græcis autem magiſtris Pentathli dicti fuerũt: ijq; non idẽ Corona. Ladas. Pentathyli.

ubiq; capiebant, sed alibi aliud: ut olympiæ uictores oleastrũ, uel ut Aristoteles
Iupiter inquit, oleam, Ioui, in cuius honorem lu
Philostephanus. di fuerãt instituti, ut dictum est, gratam, quem Philostephanum uocabãt. fuit in-
Milo. ter Olympionicas nobilissimus Milo ille Crotoniates, uicinus noster, & Glaucus
Glaucus Carystius. Carystius, qui cum agrũ araret, ac uomerem contractæ manus ictu pro malleo in stiuam, unde ferramentũ illud rusticũ exciderat, intrusisset, uim ac duritiẽ corporis pater miratus, in Olympia adolescentẽ adduxit, ubi quinquies, uiciesq; uicisse perhibetur, ut qui Isthmia Neptuno con
Pinus. secrata uinceret. Pinu, è cuius materia uastæ fiunt uolucres uelis natantes pelagi-uolantibus, crines uelabãt. Nonnunquã
Apium. tamẽ ibidem dabatur uictori Apium, ludis designatũ Nemeæis, quia infans Archemorus, cuius memoriam Græci celebrabant, anguis morsu sub Apio latentis dicitur interisse. Vbi quemadmodum
Poetarum corona. in aliis quoq; sacris certaminibus, nõ robustos tantũ lacertososq; pugiles, sed ingeniosos, atq; eruditos poëtas coronari

solitos,

solitos, Linus etiam ostendit Virgilian.
Floribus atq; apio crines ornatus amaro.

In Pythijs autem esculus ante, Apollinis deinde arbor, pomis ex eiusdem templo sumptis, ac circũpositis uictorem declarabat. Sed præter hæc quatuor aliorũ omnium nobilissima certamina, Mineruæ ludos spectabat Atheniensium ciuitas, deæ frondibus consecratis coronata omnis. Quorum æmuli, atque hostes Lacedæmonij, propter Tindaridas suos, de quibus locuti sumus, ex arundine minime omnium ambitiosas pro se quisque coronas accipiebant, ut Myrteum, qui Argis Iunonia uicisse præconis uoce pronũciabatur. Quin & populus Romanus laureatus omnis collata etiã stipe ludos spectabat Apollinares. Ex illis igitur quatuor Græciæ ludis omnium celeberrimis natũ fuit, ut poëtæ quoque huiusmodi capitis honorẽ assequerentur. Nã quia excellentissimã humani corporis partem, eandemque pulcherrimã, ac diuinæ rationis, ut Plato ait, sedẽ, caput honorat, inde dicta est corona literis præpostere, quod sæpe

Pomus. *Atheniensiũ corona.* *Lacedæmoniorum corona.* *Corona unde dicatur.*

fit, collocatis. itaque olim nonnulli notam flatilem huic uerbo adhibebant. Sunt tamē, qui à choro deductam uelint. Quod tanti ueteres illi faciebāt, ut cæteris rebus omnibus posthabitis, ac hominum consuetudine, sua sponte priuati, secessus aliquos, & solitudines peterent, quo sine interpellatore aliquid fingerent, unde uictores domū reuerterentur, quod ipsum omnibus quærebant sæculis testatum relinquere. Quamobrem exultant aliqui, & in tragœdiarum suarum fine uictoriæ quodam modo gratias agunt, eamque ne se relinquat anxie orant. Quinquies tantum uicisse ferunt Euripidem, cum fabulas cētum præter illas uictrices edidisset. nam unius tragœdiæ nuncius exoptatus, quem animi dubius pauidusque expectabat Sophocles, tanta lætitia senis animum repente corripuit, ut inde hominē dicāt anima destitutum. Horum autem, similiumque præclara ingenia, aurigarum magis quàm Musarum amicus Nero æmulatus, coronam nō carminis tantùm, sed latinæ etiam orationis per Cōsulares sibi

Tragici.
Euripides.
Sophocles.
Nero.

sibi concessam, uenerabundus recepit, ne in musicis solum excelleret. Nobilis Hieronices geminis eodem triumpho oneratus coronis, quarum alteram Olympicam capite gestabat, alterã dextra manu Pythiam. Hedera tamen præ cæteris, ac laurus poëticis data est. amarunt & ijdem florum omne genus, laneamq; & quernã. Quibus autem poësis erat amatoria, illos non dedecebat myrtus. Sed olim optimi quiq;, doctissimorum consensu, his insignibus decorati erant: nũc contrà ut quisque stultissimus est, ita hoc idem temerè affectat. Recte quidem se res habet, si ignaui homines nõ naturæ & studio, sed principum beneficio poëticæ quoq; gloriam acceptã referunt. Restant militares, ipsorũ, unde uocatę sunt, militum, ac ducum fœlicitatibus, præclarisq; uirtutibus præmio constitutæ: & alteræ geniales, cõuiuarum uoluptatibus accommodatæ. Illas prius attingam, atq; ex ijs ipsis ante alias omnes triumphalem, legionum ductoribus lege decretã, qui non minus quinque hostium milli-

Poëtæ.

Coronæ militares.

Triumphales coronæ.

bus uno prælio concidisset. Ex arbore fiebat hæc Delphica, baccis onusta grandibus, semper odora & uirenti, eademq; cædis & scelerum expiatrice, ac sola Iouis fulminibus inuiolata, hisq; de causis omnibus triumpho destinata. E' laureto capiebantur hæc Auentini, in ornamentum illud triumphale: ubi nunc nemus habet, densissima ac pulcherrima lauru consitum, Marius Maphęus, optimus et iucundissimus antistes, literarumq; cum summa gloria studiosissimus: ac meus Centelles non minus in poëticis, atque in oratorijs facultatibus excellens, quàm in usu rerũ, & in omnibus uitæ officijs, ad quas præclaras artes ut semper toto pectore incubuit, ita in illis nulli prorsus concedit. Quinquies honorem hunc cõ-
Cæsar. secutus fuit Romanorũ clarissimus Cæsar dictator, quoties nescio an aliàs præterea unquam, qua senatus decreto con-
Cæsar caluitiem coronæ simulabat. cessa usus est laurea, per causam celandi quo offendi simulabat caluitij, quasi perpetuo deuictis ac seruientibus inimicis triumpharet. quo tam eleganti commen
to

to unus caluus, omnes ciues uoluit calui, ut olim loquebantur Pacuuij & Lucilij, ipseq; antiquitatis amator ad repræhensionem usq; Sallustius, rerum grauissimus explicator. Gliscentibus tamen in ciuitate Romana diuitijs, ex auro fiebat hæc coronatio, Etrusca nomine, quã seruus eodem, quo Imperator, curru uectus triumphali, ponè sustinebat, militibus etiam consequentibus laureatis, aut serta gestãtibus: citharœdorum insuper, ac tibiarum collegium coronis nonnunquam aureis exornatum, non sine modulatis carminibus triumphum comitabatur. Hunc autẽ, qui bellici laboris & periculi expertes, procurabãt ut ocio ac pace læti fruerentur, ita pacis insignia sumebant, uictoreq; in Capitoliũ prosequebãtur oleagina coronati, quam turmę equestres Idibus Iulijs capiebãt. Erat et quidã minor triũphus, cũ hostis sine cęde uincerẽ, aut res nõ magni foret momẽti. è uirgultis facta hæc myrteis, dicebaẽ oualis, tanquã pugnasset illic pro Marte suo tot bellis defesso, Venus ipsa sine sanguine. *Oualis corona.*

Fuit & quandoq; ex oliua ouántibus data, ut è myrto triumphantibus. Reddebatur & sua uel qui in hostiũ muros, atq; in castra primus commilitonum eua sisset, uel qui maritimo prælio commisso in aduersas ante alios socios naues armatus insiluisset, ex auro conflatæ. habebãt

Muralis. hæ aut muri speciem expugnati, aut ual-
Vallaris. li, aut nauium, ex quo murales uocatæ
Castrensis. fuerunt, uallares, quę & castrenses, ac na-
Naualis. uales, alio etiam nomine rostratæ à non-
Ciuica. nullis dictæ. Pia erat ciuica, nec ingloria: qua qui ciuẽ, unde nomen nacta est, ab hostibus circumuentum, magis alterius, quàm sui capitis memor, liberasset, magnificis uerbis pro concione laudatus, à duce suo donabatur. Querna erat illa glandifera, torisq; sæpe, ut multa præterea, districta tumentibus, quia in promptu erat militibus ubiq; ferè prouenies arbor, nõ Ioui modo, sed eius quoq; germanæ atq; uxori, urbiũ præsidibus, de-
Arcades. dicata. Arcadũ etiam, ex quibus nonnulla sumpserunt Romani, amica. Vt enim hominũ antiquissimi fuerunt illi, ita hæc planta

plantarum omniū prima est nata. Fuisse tamen quandoq; perhibetur lignea, etiā esculea. hanc seruato parente, nō minus modestia, quàm pietate et fortitudine clarus adolescens Scipio Carthaginensium domitor, repudiauit. Hac aureæ illi, quæ Demostheni adiudicata fuit, anteferēda dignū L. Gelli. Censorinus Ciceronem frequenti senatu pronunciauit, patefacto, ac statim oppresso scelere Catilinario. Quater deciesq; consecutus fuit eandem Sicinius Dentatus, Achilles cognomento Romanus, quod genus honoris cum Qu. etiam Cotio commune habuit. Factitabant etiam hoc ueteres, ut quem in aliqua re excellere uiderent, nonnunquam laudis aut contumeliæ causa antiquum ei, atq; celebre nomen imponerēt. ut Ruticellus quidā, mole ac robore corporis admirādus, Hercules cognominatus fuit. Sapiens ille Cato Censorinus, ut tenuis erat tunc in urbe facundia, cum posteris ieiunus quasi, atq; aridus eius sermo iudicaretur, Demosthenes tamē Romanus à suis æqualibus dictus est. At

Scipio. *Cicero.* *Sicinius Dentatus.* *Mos ueterum.* *Ruticellus Hercules.* *Cato, Demosthenes.*

Pompeius Agamẽnon. Lucullum Pompeius, à dicacibus Agamemnon ipse appellatus, cum succisis rupibus quasi cuiusdam mediterranei maris speciem terras influere, ac rursus in altum ingentes ædificiorum moles progredi uideret, Xerxem togatũ uocabat æmulum suum: ut bipedum teterrimus, optimo tamen parente natus Caligula, Liuiam Augustam Vlyssem stolatum, quasi uafram, astutamq́ꝫ, & ueteratricem. Verum ut unde egressus sum, eò me recipiam, militarium omnium præstantissima erat graminea, nõ gemmata tantum, uel aurea, sed ipsa etiam multo nobilior triũphali: hac uniuersus exercitus obsidione receptus, ducem liberatorem suum tanti beneficij memor gratias suppliciter agẽs, exornabat gramine indidẽ in coronam decerpto, ubi obsessus fuerat ipse, siue uallo, castrisq́ꝫ inclusus, siue murorum ambitu. Herbam uerò uictoribus dari solitam, ita notum est, ut tritum factum sit inde uetustate prouerbium. Nullam prę terea sibi aliam bellator deus seligebat ex omnibus, nisi hanc ipsam contortam è gra-

Lucullus Xerxes togatus.

Corona graminea.

Prouerbiũ.

è gramine, ut qui eã cõsequeretur, uelut Mars alter, ueneratus, ter exquisito quodam ac diuino afficeretur honore. Decreta fuit hæc, ut de reliquis in præsentia taceam, per Senatum, populumq́ Ro. atq́ Italos omnes summo studio consentientes, cum eiecta tandem ex Italia esset Carthaginensium diritas, Fabio Maximo dictatori uerucoso, quem à moribus placidiss. fortitudine & prudentia, ouiculum scutumq́, & Romanorum Annibalem uirtus excellentibus elogijs cognominauit. Inuidia uero contumeliosa, quæ illustrium uirorum fulgore uritur, tanquam si timidus fuisset Cunctatorem, & uelut Annibalis pedissequum dictitabat. Qui animorum ad capessendas uirtutes stimuli iampridẽ prorsus retusi, ac fracti interierũt. Reges nunc tantũ deposito, quo prius uincti erãt diademate, huiusmodi decus à reliquis priuatis ac principib. secernit, ipsumq́ Cæsarẽ tribus insignẽ coronis, quarũ primã è paleis contextã flauẽtibus apud Alexandriam Cisalpinę Galliæ urbem, uelut populis significans se frugum

Fabius Maximus.

Cæsaris coronæ.

frugum hubertatem illaturum, accipit. Riget altera, è ferro conflata, uirtutem eiusdem arguens, ac iustitiam: eamq́ Mogontia, quam Modoetiam nunc dicunt, Insubriæ oppidum celeberrimum, gaudet Cæsari dono dare. Ex auro cælata effulget tertia, nil nisi syncerum promittens, opulentum ac magnificum: eaq́ idẽ ornatur Imperator Romæ pontificis optimi maximiq́ manibus: qui triplici quoque, atque aliarum omnium prima uenerandus ipse pontifex corona, auro, gemmisq́ pluribus preciosissima, gestatur. Quæ si quempiã maximè decuit unquam, hunc certe pontificem sanctiss. ac potentiss. Clementẽ VII. decet, fato nobis propitio his temporibus datum, ut religionem nostram suæ fidei & sapientiæ commissam, ab omni impiorum macula puram, quod iam facit, inuiolatamq́ defendat. Verum ne in mora sim, in conclaue iamdudum coactis & sitientibus conuiuis, corollæ sunt & ijs, ut proposui, tribuendæ, fasciolis lemniscatæ, aut phylera. Myrto plurima utebantur illi, uel sim

Clemens P.M.

Coronæ sympoſiacæ.

plici

plici, uel rosis intermicantibus puniceis. etiam frontibus potabant hederatis, aut floribus illas uarijs ambientibus. è quibus plurimi fiebant rosalia: sic enim strophia dicebãtur, è solis tantum folijs rosarum suaueolentibus connexa. post pactiles coronas inuenta ac sutiles, Saliorum ceremonijs epulisq; solennibus destinatas. Amabilis erat inter rosas autumnales, coroneola, à frequẽti coronarum usu nuncupata. Lilium prçterea in hoc idem legebaẽ. Et uiola, ion græcè dicta ab Io, ut est in fabulis, Inachi filia, cuius eximiã speciem in uastæ pecudis formam ab Ioue Iunonis iracundiã metuente cõmutatam, ac lõginquos errores Tellus omniparens miserata, nusquam antea uisum hunc florẽ in eius pabulũ diuinitus summisit. Sanè rosa, lilium, & uiola, ut deinceps posita sunt, è cæteris omnibus principatum obtinent. Inferebatur & in tricli nium caltha luteola, literatusq; hyacinthus, & pallens floribus aureis genista, rhododendron, zizipha, cyclamini flos colossinus, ambrosia, lilij species ex Ale- xandri

Rosalia.

Coroneola.

Ion unde dictum.

Flores & herbæ coronariæ.

Ambrosia.

xandri statua sic enata in Co insula, ut că put quodammodo tanti ducis ultro uidē retur ornare. Cappadoces ea imprimis
Narcissus. coronabantur. Flos præterea Narcissi, cuius sepulchrum à Bœotis taciturnum olim appellatum, uiatores indicio silen-
Anemone. tio de more taciti præteribant. Item Ane mone ex Adonidis sanguine genita, floribus nunquam nisi flante uento hiantibus adhibebatur, & Iacha odore commendata iucundo, Struthium, acis, spinæ arboris flos, serpyllum insuper, Sansuchus in Aegypto copiosissimè proueniens, Anethũ etiam Alcæi Sapphusq; carminibus cõmemoratum. Ad hæc Sisymbrium, & quem Iouis flammam, florem'q; aliter dicunt coronarium, apium, atq; ex Helenæ lachrymis natum Helenium. nec non casiæ erat locus, abrotano, thymo apibus gratissimo, origano, trifolio, meliloto: quæ quoniã ex ea plu-
Sertula rima fiebant serta, sertula uocata fuit Cã
campana. pana. Nõ excludebatur ex his papyrus, coronaria ex hoc dicta, tum helix Alexã drinis olim studiose cõuiuantibus admo dum

dum familiaris, apud quos in usu fuit co *Mos Alexandrinorum symposijs.* ronæ genus ridiculũ, auiculis circumdeuinctis potorem assidue unguiculis morsuq; uellicantibus, atq; alarum plausu, occentuq; ad aures undiq; obstrepentibus, ut somnum quo ebrij urgebantur, auerterent. Quin è uitice coronam necti solitam, autor est Anacreon. addidit, & Cratinus taxum. Ad extremum, quicquid nares, aut oculos suauitate afficit, in ornatũ huiusmodi ueteres cõuertebant, quo nõ caput ipsum modo, sed ceruices, ac pectus uinciebãt. Illud pretereundũ nõ est, cõsertas è florib. corollas ab antiquis uocatas fuisse seruias, quarũ ubi præ hyemali frigore nulla dabatur facultas, è laminis eas capiebant corneis, colore, ut pulchriores essent, depictis, unde nõ hybernæ modo dictæ fuerunt, & Aegyptiæ (nã inde id genus coronarũ missum fuit) sed corneæ, & si eburneæ uiderentur aliquæ, etiam ligneæ. Afferebantur è Nardi folio, atque è sericis uestibus unguẽto madẽtibus probatissimæ. Vnicus tamẽ amaranthus aqua madefactus, atq; inde

rediui-

rediuiuus hybernas conuiuijs suppedita bat. Hanc ueterum consuetudinem nequitiarum ac libidinum genitricem, non fuisse à Censoribus morũ magistris funditus sublatã, mirũ potest uideri, cũ præsertim ijdem his multo leuiora seuerissime castigarent. Fuerunt & alia coronarum genera, quas licet Salutares dicere, quãdo ex ijs humana ualetudo, aliqua parte iuuatur, et quæ capite imposita sanguinem sisteret defluẽtem graminea: ut crocea atq; hederacea, quarum utraque stuporem tollit ebrietatis, ut quum ad fulmina pauidus induebatur Tiberius. Iam uero frons Bacchare obligata, fascinum perimit. Ad æstimationem autem, & gloriam conferre crediderunt, quæ fiebat ex Heliochryso. At è Smilace, qui & Nicophoros uocatur, impari foliorũ numero facta, capitis medetur doloribus. Erat & qui in spiram uolutus uerticem circuibat Cesticillus, intortus quidã circulus, ad onera ferenda accommodatus. Addantur & his contumeliosæ, uelut ex uellere composita adulteris ad magistratus

Coronæ salutares.

Coronæ cõtumeliosæ.

tus arreptis, ut mollities argueretur desti nata. Serui quoq; & captiui eodem modo soliti erant uenire. Vnde Marcus Cato in eo lib. qui inscriptus fuit de Re militari, populum hortabatur, bene re gesta potius coronatus dijs cœlestibus supplicaret, quàm uictus sub corona turpiter uenderetur. Ferebat & noua nupta sub amiculo serta, uerbenis commista, herbisq; præterea alijs olentibus manu sua de more collectis. in Latio id fiebat. At in Bœotia comam asparagis sponsa uinciebat, ut quemadmodum ex asperitate suauitas percipitur, sic ex illo cõiugij primo congressu nõ admodum, ut uidetur, amico, uitæ communitas nascitur iucundissimæ. Quàm uere pudicitiam ueteres laudarent, ex hoc etiam facile uidetur, quod quæ semel tantum nupta, non sustinuisset post mariti excessum rursus matrimonio copulari, coronata ad rogũ efferebatur. Omninò ut principiò dictũ est, plurimus erat hic ornatus, nec hominibus modo, sed ipsis etiam uictimis accommodatus. Quin & annuis labori-

Sub coronã uenire.

Nouæ nuptæ corona.

Bœotiorũ mos.

Boues coronati. bus perfuncti, & in agrorum etiam lustrationibus coronati boues solebant stabulari. *Equi.* Equi insuper in stadijs uictores, ac triumphales, hoc honore nō carebāt: cuius quadrupedis immolati caput panibus cingebatur in campo Martio, ob frugum euentum. Res quoq; sensu priuatę complures redimitæ uidebantur, ut poëta, ac literæ uictoriam nunciantes, lauro circundatæ: ut lictorum fasces, hastæ, trophæa in primis, in quorum coniferis et galeatis capitibus Victorię uidetur imago coronas suis manibus imponere. *Aræ deorū coronatæ.* Aræ etiam deorum immortalium, eorū rursus, atq; illustrium uirorum simulachra, inter quæ maxime eminebat colossus Rhodiensis, quiq; Romæ spectabatur capite, ut ille, radiato: unde Romanorum quidam imperatores, quasi ipsi quoque Soles essent, ac uirtutibus cuncta collustrarent, numismata percusserunt, *Imperatorum capita radijs cincta.* ubi capita eorum uiderentur cincta radijs solaribus. Etiam sepulchra erāt uellere ribus niueis & festa frōde reuincta, quæ usq; adeò præ reliquis sertis apio cingebantur,

tur, ut ij dicerentur egere apio; quorum saluti nullum planè esset remediũ. Thessali tamen, Achillis sui monumentum amarantho coronabant, ut ostenderent, quemadmodum flos ille nunquam interit, sic eius famam perpetuò duraturam. Ad hoc ipse respexi, cum de Achille loquerer in heroicis epitaphijs, quæ plurima singulis iampridem lusi carminibus: *Apio egere* *Achillis sepulchrum.*

Heroum iacet hic flos immortalis Achilles.


Nam quis nescit, redimitum pincernam pocula discumbentibus ministrare solitum redimita? Atq; in sacrificijs canistra sertis florentia à sacerdotulis gestari, capite non inornato? Vmbracula etiam eodem modo ad pluuias, solisq; ardores defendendos distendebant, nec nõ & Termini numen, siue lapis fuisset ille, siue stipes. Sed præter cætera ianuæ florebant, uel principum (nam querna suspẽdebatur in ædibus Cæsarũ) uel puellarum: siquidem etiam limina solitus erat olim operire floribus & sertis, lachrymans exclusus amator. Venit nunc in mentem Atheniensium consuetudo, è qui- *Pocula coronata.* *Ianuæ coronatæ.*

Atheniensium mos. bus qui filio augeretur, oliuæ ramus in orbem conuolutus, ac eius postibus suffixus, innatum illic esse infantem prætereũtibus declarabat. Videlicet agrorum uolebant ciues suos esse cultores, lucubratores, & Mineruæ, pacis insuper, ac uictoriæ studiosos. Virgunculam uero editam, lana ibidem significabat suspensa, tanquam nata esset ad lanificiũ. Quid *Naues.* naues, nonne puppibus gaudebant per maris undas remo, ueloq; labi coronatis? Cuiusmodi fuisse eam tradunt, quã philosophorum omnium eloquentissimo, obuiam honoris gratia misit Syracusarum tyrannus. Nam circum ædes coronam ædificari solitam, passim uidemus. Nunc autem regum insignia, siue picta sint illa, siue cęlata, aut expressa, coronantur. Oppida etiam ipsa, urbesq;, & arces excelsæ, quasi reginæ, murorum ac parietum coronis circundantur perpetuis. Sed hæc, non ignoro, potuerunt diffusius explicari, & alia præterea non pauca annecti. uerum ne te, humanissime Gyberte, plur mis ac maximis negotijs distentum,

ſtentum, longiori quàm deceret ſermo-
ne remorarer, finem ſcribendi conſultò
feci. Nam piaculum, opinor, eſſet, rebus
his, quas, ut dictum eſt, quaſi per ludum
congeſſimus, tuoꝗ Iouio inſigni hiſtori
co, uiro uaria rerum cognitione ornatiſ-
ſimo, deꝗ me optimè merito adhortan-
te edidimus, illius coronam adiungere,
ad cuius ſanctiſſimum ſimulachrum, po
tentiſſimi reges, ac Cęſares, ipſiꝗ eius ui
carij pontifices ſummi, ſuis aureis gem-
meiſꝗ coronis, ac tiaris abiectis ſupplici
ter procumbunt, unumꝗ ex omnibus
uerum confitentur cõclamantꝗ regem,
ac dominum. Tantum dico, quemadmo
dum illo eodem puero diuinitus enato,
ſæculorum antiquiſſimo, ſenſim deſie-
runt mortales, natalem quiſꝗ ſuum, ut
ſolebant, celebrare: ſed unius tantum,
per quem uere nati ſumus, ortum cũcti
ueneramur: utꝗ una pro nobis omni-
bus uictima innocentiſſima crudeliter
immolata, nullæ ulterius pecudum ſan-
guine fœdantur aræ: ſic, poſtquam fru-
tex ille omnium, quot unquam terra pro

tulit, feliciſſimus, aculeis armatus horrentibus, regis adeò excelſi ſacratiſſimū caput circumpoſitus cruentauit, reliquæ omnes ex aliorū capitibus arefactæ quodammodo defluxerunt coronæ. Quem regem nos eſſe ipſius beneficio nactos, grates eidem ſemper agendę ſunt, optime & ſapientiſſime Gyberte.

INDEX



Abas Acrisij pater. 21.
Abantæi nummi. 22
abremigare 4
abrotonum 126
Achillis Romani cognomen 121
Achillis sepulchri corona 131
Acis 126
Acrisij interitus prædictus 33
adulterorum coronæ 128. 129
ædium corona 132
Aedon 16
Aegyptiorum dij basilisco coronari soliti. 110. 111
Aeneæ iam soluturi, ad patriã oratio. 62. inde
Aesculapius canus 102
Aesculapij corona 102
Aestatis corona 111
Agamemnonis cognomen Pompeio attributum. 122
agricola auis 10
Aiax Oilei 64
alba ueste lugentes Ro. mulieres uti solitæ. 73
albineus equus 73
albus pro pallido. 73. 85
albus color. 72. pro sincero. eod.
albus color naturæ gratus 93
Alexandria Galliæ urbs 123
Alexandri statua enata lilij species 125. 126
Alexandrinarũ in symposijs mos 127
amaraco Hymenæum coronarij 104
amaranthinæ coronæ. 127. 128
amaranthi flos perpetuò durans 131
amarantho coronari solitum apud Thessalos Achillis sepulchrũ 131
ambrosia 125
amethystinus color 91
amoris furor quantus. item eiusdem forma & ornatus 36. 37.
Amphitheatri Ro. amplitudo

plitudo 109
Amphitheatri Romani forma cur ut oui oblonga 108
Amphitrite 43
Anaxagoræ atra nix 73
Andromachæ seruitus 65
Anemone ex Adonidis sanguine 126
anethum 126
anguinæ Liberi & Mænadum coronæ 110
Anij sacerdotis corona 112
animantia quæ coronis insignita 100
Anni partium coronæ cuiusmodi 111
Annibal Romanus, Fabius Max. 123
antelabores 11
antelunares Arcades 98
anthracinus color 72
anthrax 70
apium 126
apio coronari Nemææ uictores soliti 114
apio egere, prouerb. 131
apio sepulchra coronari solita 130
Apollo semper adolescens 102
Apollinis coronæ 102
in Apollinaribus coronæ laureæ 115
aquæ color 72
aquilæ periphrasis 13
aquilus color 72
Aquini 113
aræ deorum coronatæ 130
Arachnes & Phalangis amor 67
aranei textura 68
araneolę uenatio. 67. 68
Arcades antelunares, siue proselinæi 98
arces coronatæ 132
Archemorus 114
Archimedis sepulchrum Ciceroni repertũ Syracusis 108
Archinti hortulus Thylesio celebratus 96
Ardea à Danaë condita 34
arena fulua 88
argenteus color 82
Argis myrteæ coronæ usus

usus 115
Argiua mœnia à Cyclopib.condita.5.& Vulcano 17
Argus 22
Ariadnæ corona.96. in cœlum relata.eod.
Arionis corona 112
aristis coronata Ceres 107
arquatus color 91
arundineę coronæ usus Lacedæmonijs 115
arundineis folijs coronati Tyndaridæ 109
arundinis cum filicto diffidium 101
arundinis usus 61
asilum & aranei telis capi 68
asparagorum in sponsarum sertis usus 129
Astyanax 65
ater color 70
ater color & niger quo differant 71
Atheniensium corona in Mineruæ ludis 115
Atheniensium in coronandis puerperiorū
postib.mos 132
Atlas in saxum 33
atra mors 71
atrabapticæ uestes 80
atri dies 71
Auentini lauretum 118
Augurum corona 112
aurearum coronarum usus quando cœperit Romæ.119. & quib. eod. & 120
aureus color 88
auro etiam sacerdotes corrumpi 2
auro omnia uinci 38
austeri colores 87
Autumni corona 114

B

Baccare fascinum arceri 128
Bacchantiū corona cur ex anguibus 110
Bacchi corona ex anguibus 110
Bacchi coronę diuersæ 96.97.
badius equus 82
bæticus color.75. & 88
baia 82
baij equi 69.82

balaustinus color 89
balius equus 82
basilisco cur coronari so liti Aegyptiorũ dij. 111
bauij 113
blatteus color 80
blauus color 67
boues coronati 130
brassica è Lycurgi lachrymis nata 101
brassicæ cum uiti dissidium. 101. & origano. eodem.
Britomartis 43
Brontes 21
burrha uitula, burrhus homo 78
buxeus color 89
byssina 89

C

Cadauerosa facies 69
Cæsar à cædendo 68
Cæsar dictator caluitij simulator, laurea corona perpetuò usus 118
Cæsaris anima ab Octauio quo cœli loco collocata. 98. 99
Cæsaris tres coronæ 123
cæsia facies 68
cæsius color 67
cæsij & cœlij non eadem diphthongus 67
cæsij coloris à cœruleo differentia 68
cæsij oculi. 68. tyrannidis indicium. eodem.
Cæsij 113
Cæso. cæsium, à cædendo 68
cæteroquin 12
calcei Romanorum cur lunati 98
Caligula bipedum nequissimus 122
Calistho in ursam 15
caltha luteola 125
calthula 89
calui 119
candens color 73
candidus color 73
canes ad caniculæ sidus placandum cuiusmodi imolari soliti 78
canes muscati 92
canistra sacris coronata 131
canus color 73
captiuorum coronę 129

caput præcipue coronis destinatum 115
capitis doloribus medẽtes coronæ 123
capita imperatorum radijs ornandi mos. 130
casia 126
Cassandra uates 64
Castor & pollux Tyndaridæ fratres 108
castrensis corona 120
Catilina oculis cęsijs. 68
Cato, Demosthenes Ro. dictus 121
Centelles 118
cerasolum uinum 78
cerealis corona inter Romanas omnes antiquissima 111
Cereris corona 107
cereus color 92
cernere nuptias ferro 1
ceruinus color 89
cesticillus 128
chara 70
Charontis nauicula ferruginea cur 77
Charontis uestitus 88
Charybdis unde dicta 70
Chloris zephyri uxor. 106. eadem cum Flora. eodem.
Chloridis hortulus. 106 eiusdẽ corona. eodẽ.
Charon unde dictus 70
Charontis corona 109
Charops Hercules 70
Charopos color 70
Charona 116
Cherili. 112. 113
Ciceroni ciuica corona adiudicata 121
cinara cardinis genus, uirtutis simulacrũ 92
cicindelæ descriptio 69. eiusdem metamorphosis 70
cinereus color 92
Circeus soli sacer 108
Circi colores 67
Ciris coronata 100
Cissi fabula 97
citrosa uestis 89
ciuica corona, querna. 120, lignea & esculea. 121
claret 1
Clemens VII. Pont. Maximus 124

Cluuie-

Cluuieni 113
coccus, coccina uestis 79
coccinus color 89
cœlum cur ferrugineum 77
cœlum uarium 85
cœli color 66
cœlij & cæsij non eadem diphthongus 67
cœrulea uestis lugubris 32
cœruleus color. 65. 91. eiusdem diuersis species. 66
cœruleus color lugentium proprius olim 66
cœruleus color naturæ gratus 93
cœruleus pro subuiridi 85. & subnigro. eod.
cœrulei coloris à cæsio differentia 68
cognominum imponẽdorum mos Romanis cuiusmodi 121. 122
color alius pro alio poẽtis usurpatus 85
colores austeri, & floridi, qui. 87. tristes, lugubres. 88. sordidi. eodem.
colores bifariam diuidi 87
colores incerti qui 86
colores maxime contrarij qui 86
colores naturę grati qui 93
colores suaues qui 87.
coloriæ uestes 75
colorificæ fasciolæ 72
colorum nomina à locis. 88. à metallis, & plantis. eod. ab animalibus. 89. à reb. diuersis. 91. inde
colossus Rhodiensis 130
Colossus urbs 88
Colossinus color 88
columbarum collũ uersicolor 86
comaros pro arbuto 107
conchyliatus color 90
concolor 87
Concordiæ corona cuiusmodi 102
Consentini Græcæ orationis participes 107

Consen-

Consentinorum nemorum fertilitas 100
Consentinis multa antiquitatis uestigia.74
contumeliosæ coronæ 128
conuiuales coronæ 124 inde
coracinus color 90
corona prohominum turba 113
corona unde dicta 115
coronæ inuentor Ianus 95
coronæ contumeliosæ 128
coronæ conuiuales 124 inde
coronæ corneæ, hybernæ, Aegyptiæ, eburneæ, ligneæ, &c. 127. nardinæ, sericeq; eod.
coronæ cur Græcis σ]έφανοι 105
coronæ è ramis arborũ, floridis sertis antiquiores 107
coronæ in pomis. 99. in animantibus 100
coronæ rerum inanimatarum quoq; 130
coronæ salutares 128
coronarũ honor apud ueteres 95
de Coronis qui scripserint 95
coronariæ herbæ et flores 125
coroneola rosa 115
Q. Cotius. 121
Crathis fl. 14
Creticum uinum. Cressæ notæ uinum 19
Creusæ raptus 66
crocea corona 128
croceus color 83.89
crocotula 89
cucumis cæruleus 66
cucumis mundi typus 66
Cunctatoris cognomẽ 123
cupressus Plutoni grata 110
Cupidinis forma, & ornatus.36.37.eloquentia 38
Cupidini cur gratæ rosæ purpureæ 104
cyaneus color 67. lugubris.75

bris 75
Cybeles corona 102
Cybelem grauius Atlante pondus sustinere 102
cyclamen, rapum, terrę malũ, ac tuber. etc. 88
cyclaminis flos 125
Cyclopion 22
Cyclopũ conuiuium. 21 inde. ebrietas eorundem 24
Cyclopum & Polyphemi pugna 25
Cyclopum nænia in Polyphemum interemptum. 26. 27
Cyclopib. condita Argiua mœnia 5
cygnæus color 90
cymatilis color, & cymatius 91

D

Danaë à Ioue in aureã pluuiam uerso compressa. 31. 32
Danaë turri inclusa à patre. 8. 9
Danaë inclusa arcæ, mari exponitur 41
Danaë à piscatorib. capta, regiq; nupta 43
Danaë in latium delata etc. 34
Danaes pulchritudo 7
decolor 87
decollare 14
Demosthenes Romanus cognominatus Cato 121
Demostheni aurea corona adiudicata 121
deum ubiq; adesse, inuocatum piè 17
deorũ oculi innumeri 9
deorum symposium. 100 101
Dianam oblectari coronis floreis 105
dictamno coronata Ilithyia. 106. 107
dies atri 71
digiti cur rosei 81
dij uoluptarij cur ueteribus culti 100
Dionysius Proserpinæ F. 108
Dionysij & Ariadnes nuptiæ 96
Discolor 86

diuis

diuisa uestis quæ 85

E

Ebrietatem arcentes co ronæ cuiusmodi

eburneus color 91 (128

Echus descriptio sub Galateæ nomine. 55. 56. 57

Egeria, latina & decima musa 111

equus uarius qui 85

equi color qui max. probabilis 82

equi coronati 130

equi scutulati. 92. pomati, rotati. eod.

equorum colores 92

in equis qui color probetur 69

ergò, id est causa 6

esculea corona. 115. 121

Etrusca coronatio 119

Eurymedes uates 25

Euripides quinquies tantum uictor 116

Euripidis c. & v. fabulæ 116

excetra 23

exultim 29

F

Fabius eburneus 91

Fab. Max. uerrucosus dictator 123

Faginea corona 111

Fascinum arcentes coronæ 128

Fasciolæ colorificæ 72

Fauni corona 110

ferrugineus color 76

ferrugo. ead. & 88

fici recentes Saturno grati 110

filicti cum arundine dissidium 101

fistula, Mineruæ abiecta 16

flaminica 83

flammeus color. 83. 91

flauus color 83

pro glauco 85

Flora eadem cum Chloride 106

florea serta ubi primum inuenta 105

flores coronarij qui 125. 126

floribus omnis generis delectari Venerē 104

et Proserpinam 105

floridi

floridi colores 87
fluuiorum coronæ ex arundinibus 109
fortunę inconstantia 28. 29
fucos etiam ab araneis capi. 68. 69
fulmen à Vulcano inuẽtum, & fabricatum Ioui 19
fuluus color 82
fuluo colore naturã delectari 93
furuus color 72
fuscus color 72

G

Galbina uestis 89
galerita. galea 10
galgulus auis, quæ & ičteros 90
gallinaceus à Persis ad nos delatus primum 110
gallinaceus leoni formidolosus. 100 (cer 100
gallinaceus quibus sagallinacei corona 100
Ganymedes Iouis pocillator 102
geniales coronæ 117
Genij corona è platano 104
genista 125
giluus color 78
glauca quæ 69. 70
Glaucus ab Aesculapio uitæ restitutus 27
Glaucus Carystius 114
glaucus color 69
glauci equi 69
Gnosia corona 99
Græciæ certaminum coronæ uariæ 114
graminea corona. 122. 128
graminea corona Martis 104
guttatus color 92

H

Hector 65
Hecubæ seruitus 65
hedera cur pręcipue delectatus Bacchus 97
hederacea corona 97.128
helenium 126
heliochrysos Dianæ gratus 105
heliochrysi coronæ ad quid utiles 128

helix

helix 126
heluus color 78
herba uictorib. dari solita 122
herbarum discolor uiriditas 83
herbidus color 92
Hercules Charops 70
Herculis cognomẽ 121
Herculis corona 108
Herculi iuuentus color purpureus, de q; ea re carmen 90. inde
Heroicæ iuuentutis studia 1
de Hespero certamẽ Palladis, Iunonis & Veneris 60
Hispanus color. 75. 88
Homeri opera diuerso colore priscis ornari solita 66
hominis uenusti colore nihil suauius 87
homines è lapidibus nati 2. 3
hominum facta omnia à Ioue in Amaltheę corio scribi - 29
Horarum coronæ 106
hyacinthinus color 89
hyacinthus literatus 125
Hyacinthus puer in florem 77
hyacinthi cur ferruginei Vergilio 76
hyacinthi, purpurei 77
hyalinus color 91
hyemis corona 111
Hymenæi corona 104
hysginus color. hysge herba 89

I

Iacha 126
iam iam, miserantis 3
Ianthinus color 89
ianuæ coronatæ 131
Ianus coronę inuentor 95
ictericus color 90
icteros auis 90
Ida semper aquosa 64
igneus color 91
Ilithyiæ corona 107
imperatorũ capita cur radijs cincta 230
impluuiatus color 75. 76. 88. 92.
Inarculus 112
incarnatum rosarum genus

genus 81
incarnatus color 81
incerti colores qui 86
Indicum, cœrulei coloris species 66. 88.
Ino, maris dea facta 44
Insuasus color 75
Inuidiam illustriũ uirorum fulgore uri 123
Io. Matthæi Gyberti insignia 99
Io 125. in uaccam 13
Ion cur pro uiola Græcis 125
Iouij laus 135
Iouis corona è quercu, aut olea 101
Iouis flamma 126
Isthmiæ uictorum corona 114
Isthmia Neptuno consecrata 114
Ithyphalli corona 107
Iulus Aneæ filius 66
Iunonię rosæ, lilia cur 104
Iunonis corona 104
Iunonis currum pauonibus trahi 5
Iupiter in aurum 32. 38
Iupiter philostephanus 114
iuuentus Iouis pocillatrix. 101

L

Lacedęmonij Atheniẽsium æmuli. 115. cuiusmodi corona uti soliti eod.
lacertos etiam ab araneis impeti 69
lacteus color 91
Ladas cursor 113
Lampius Mediolanensis 58.
lana pulla quæ 75
Lapitharũ ebrietas 28
Larium corona 107
laurea corona quibus usurpari solita 101. 112
laureis coronis arceri fulmina 102
lazurius color 67
leonis oculi cæsij 69. 70
leporis dorsum, pullũ 74
lepores coloris sæpe beneficio latere 74
lethe fl. 11
leuce canis 50
leucophęos color 73

librorũ tituli ueteribus cur puniceo colore notari soliti 86
lignea corona 121
lilij in coronis usus 125
lilia cur Iunoniæ rosæ dicantur 104
lilia Syluano grata 110 & Iunoni 104
literarum inuentores Phœnices 86 (13
literatus pro inscriptus
Liuia Augusta Vlysses stolatus cognominata
liuidus color 72 (122
liuidi cur pro inuidis 72
lotos pro fistula 15
lucerna à Vulcano excogitata 59
lucernæ descriptio 58
Lucullus Xerxes togatus dictus 122
lugentiũ color albus 73 cœruleus 66. pullus. 74. natiu9. 75. cyane9 eod. ferrugineus 76.
luna insigniti ab Augusto nummi cur 98
lunæ simulachrum ueteribus cuiusmodi 98
luna solis germana, eiusq́ corona 97
lunæ equus, scarabei genus 84
lunati Ro. calcei cur 98
lupa raua 82
luridus color 83
luteæ uestes 89
luteus color 83
Lycurgo cęsæ uites 80

M

MAculosus color 92
mænadum coronæ ex anguibus 110
mare cœruleum cur 66
marathri corollis Satyri & Sileni coronari soliti 108
marinus color 91
Marius Maphęus 118.
marmoreus color 91
Maronæum uinum 22.
Martis corona 104
Martis suspendium 19
Mea tu 11
melilotum 116
Melinus color 87. 88
Melopepõ. 66. (ra 103
Mercurij tempora aligemespilũ, eiusq́ corona 99.

Methymnæus ager 20
Meuij 113
Mica 32
Milesiæ rosæ color 81
militares coronæ cuiusmodi, & quot earũ species 117. inde. & 122.
Milo Crotoniates 114
Minerua cæsia 67. 68
Mineruæ abiecta fistula 16
Minoritarum secta 73
miseriter 8
Modoẽtia, quæ & Moguntia 124
molochinus color 98
mors cur atra 71
morte omnia semel tã bona q̃ mala abripi 11
Muliebre genus loquax 18
muralis corona 120
muriceus color 90
murinus color 89
Musę doctrinarũ inuentrices 102. earum coronæ è pennis. 103. & palmarum ramis 104
Musarũ cũ sirenib. certamen cuiusmodi 103
Musarum simulachra Romę cuiusmodi 103
Musarum uictoria 103
muscati canes 92
musicorum deus Apollo 112
mustelinus color 90
Mutinensis color. 75. 88
Myrrha patris amore capta 7
myrtea corona Argis usurpari solita 115
myrtea corona in symposijs 124
myrtea corona oualis cur 119 (101
myrtus Palladi grata
myrto coronari Venerẽ 104

N

Narcissi sepulchrũ taciturnum 126
natiuus color. 74. funestus 75
natura artifex in omnibus admiranda 70
naturæ grati colores qui 93
naualis corona 120
nauium coronæ 131

Nemęæ

Nemęæ uictorum corona 114
Neptolemus 65
Neptuno cœrulei oculi 68
Neptuno grata pinus 110
Neronis corona 116
Neronis oculi cæsij 68
nicophoros 128
niger color & ater quomodo differant 71
niger color naturæ gratus 93
niueus color 91
nix atra Anaxagoræ 72
nix purpurea 80
Noctuini oculi 69
nomina heroũ antiqua alijs imponẽdi mos. 121
Nox Somniorũ mater 106
Noctis corona 106
Numæ corona 111
nuptę nouę corona 129

O

OCuli cæsij 68
olea, siue oleastro coronari soliti Olympiæ uictores 114
oleæ cum quercu dissidium 101
olea solstitij index, & Ioui grata. 102. Palladi sacra. eod.
oleagina corona 119
oleum Palladis inuentũ 59
olores purpurei 80
olorinus color 90
olympiæ ludi in Iouis honorem instituti 114
olympiæ uictorum corona 114
oppida coronata 132
orãdi deos modus quis optimus 15
origanum 126
origani cũ brassica dissidium 101
Orioni excæcato quomodo restituti oculi 22
ostrinus color 90
oualis corona 119. 120
Ouiculi cognomen Fabio Max. inditum 123

P

PAcis coronæ diuersę 107
Pallas Vulcani spõsa 59

Palladis occupationes. 60
Palladi gratæ olea & myrtus. 102
Palladem quamuis castam, formæ quoque gratia delectari 59
pallidus color 83
palmarũ rami uictoriæ cõsecrati. 104. à Musis etiã gestari soliti. eod.
palmeus color. 88. 89
Pan, eiusq; corona. 109.
Pan semicaper 57
pancarpiæ coronæ 106
paonacius color 81
papauer Noctis corona 106
papauerata uestis 89
papyrus coronaria 126
Parcarum corona 110
Paridis exitiosum patriæ adulterium 64
parricidium omnium grauissimũ, seipsum necare 12
pauonum collum uersi color 86
pauonum corona 100
pauonibus trahi Iunonis currum 5
pauxillulum 20
pelagiuolantes mergi 28
Penatium corona 107
pennatæ cur Musarum coronæ 103
pentathli 113
Perseus 2. 33
Phalangis & Arachnes amor 67
phalãgia unde dicta 67
philologi 65
philostephanus Iupiter 114
Phœnices literarũ inuẽtores 86
phœniceus color 81
Phœnix 82. 88
Phrygiç uestis precium apud antiquos 15
piceus color 92
Pierides à Musis uictç 103
Pilumno nupta Danaë 34
pincernæ corona 132
pinea corona Isthmiæ uictorum 114
pinus Pani & Neptuno grata. 110. item Fauno. eod.

Pirithous

Pirithous à Cerbero discerptus 18
plantarum diffidia 101
platano coronari Genium 104
plumbeus color 88
Plutonis corona 110
poculorum coronæ 131
pœnarum diuersitas apud inferos 12
poëtarũ coronę .112.114 inde. 115. quales. 117
poëtarum malorum catalogus 112. 113
poëtarum pręstãtia.112. nostro seculo fermè nulla. eod. inde. 117.
poëtis non obseruari tẽpora in rerum gestarum descriptionib. 20
poëtas temerè à principibus coronari 117
Pollux pugil, eiꝙ consecratũ Romę amphitheatrum 108
Polyphemus 21
Polyphemus ab Vlysse excæcatus.22.eiusdem querela. 49.inde
Polyphemus à Cyclopibus interemptus 26
Polyphemi ad Galateã cãtilena 55.inde. Polyphemi dẽtes exerti 25
Polyphemi ebriꝗ insolẽtia 23. Polyphemi & Cyclopũ pugna 25
Polyxena 64
Pomonæ corona 106
Pompeius Agamemnõ appellatus 122
Pomulatus equus 92
popul9 alba, leuca, exꝙ eadẽ coronæ 117. 108
popul9 Herculi & Dionysio sacra arbor 108
Porrũ uiride 85
præfica mulier 11
prasinus color 85. 89
pressus color 72
Priapi mors 63
Priapi corona 107
properiter 8. (ẽtata 105
Proserpina floríb. oble
psittaci color 84
pudicitia quanti apud ueteres fieri solita 129
puerum natum, aut puellam, quali corona suspensa declarare

foliti Athenienses 132
pullus color 74. lugubris 74. naturę gratus 93
pullus diminut. à puro 75
pulli unde dicti 75
punica arbor à Venere primum sata 99
punica ubi pulcherrima proueniant 100
punicæ uirgulę corona 112
puniceus color 81
punici mali corona 99
purpura uiolacea 81
purpuræ color 76
purpureus 80. pro albo. ead.
purpureus color primũ ab Hercule inuentus 90. deq; ea re carmen. eod.
purpurei colores qui 88
pygolampis 36
Pyragmon 21
Pythiorum corona 115

Q

QVercus Ioui ac Iunoni sacra 102. 120. et Arcadib. amica. eod.
quercus oraculis consecrata 102
querna corona cur ciuica 120
quercus cum olea dissidium 101
quinquerciones 113

R

RAdijs capita ornandi mos unde 130
ralla, rara 75
rauus color 82
raui oculi 83
reges dijs proximi 18
regum insignia corona ta 132
religio ueterum ridicula 107
Rhodiorum colossus 130
rhododendron 115
robus color 78
Ro. calcei cur lunati 98
Romanorũ coronæ in Apollinaribus 115
Romuli corona 111
rosa sicca 80
rosæ Iunoniæ, cur lilia 104

rosæ milesiæ color 81
rosæ purpureę cur Veneri gratę 104
rosarum genus incarnatum dictum 81
rosis unde & color purpureus, et diuinus odor 105. rosalia 125
roseus color 81. rosei digiti, &c. eod. & 89
rostrata corona 120
rotatus equus 92
Ruber color 77. 79
naturæ gratus 93
Rubeus 78. an latinum uerbum. eod. & 79
rubidus qui 73
Rufus color 77
rufus & rutilus idē 78
ruris uerba 79
russatus pannus 79
Russeus color et russus 79
russeus equus 79
Ruticellus Hercules 121
rutilus color 77
rutilus & rufus idē 78
Sacrificuli regis uxor cuiusmodi coronam gestare solita 112
saginatus color & sanguinatus 79
Salustius antiquitatis amator 119
salutares coronæ 128
sandaracinus color 91
sandycinus color 89
sanguineus color 92
Sansuchus Aegypti 126
Sarranus color 88
Saturni corona 110
scarabei uirides 84
in Scarabeos epigramma 84
schœnus pro lentisco 107
Scipio coronam ciuicā recusauit 121
Scuti cognomen Fabio Max. inditum 123
scutulatus equus 92
Scyllæ scelus 9
Semiramis equi amore capta 84
Seneca tragicus inter latinos scriptores nō numerandus 45
sepulchrorum coronæ 130
sericum uersicolor 86
serpentes cristati 100

serpyllum 126
sertum à serendo 15
Serta ubi primum inuē
ta 104
sertis floridis antiquio-
res coronæ, è frondo-
sis arborū ramis 107
sertula Campana cur di
cta 126
seruiæ corollæ quæ 127
seruorum coronæ 129
Sicilia floribus referta
104
Sicinius Dentatus quo
ties ciuicam coronam
consecutus 121
sidera fulua 82
silaceus color 87
simia Vulcani nutrix 59
Simois 63
sinopis 87. 88
Sipylus 16
Sirenes à Musis uictæ
103
sisymbrium 126
smaragdi color 84
smilacis coronæ ad
quid utiles 128
soli consecratus Romę
circus 108
somniorum mater nox
106
Sophoclis interitus ex
uictoriæ gaudio 116
spadices 82
spadices equi 69. & spa
dicei 82
specula, parua spes 14
spicea lariū corona 107
spinæ arboris flos 126
sponsarum coronæ 129
spumeus color 91
stephani unde pro coro
nis 105
Steropes 21
Sthenobœa 13
struthium 126
suasus color 75. 76. 88
suauis color qui 81
suaues colores qui 87
suauitas in coloribus
87. 88
sub corona uęnire 129
succollare 2
Suffeni 113
Sūmanus. 21. Pluto 110
Syla nemus 14
Syluani corona 110
sympofiacæ coronæ
124

Syrinx

Syrinx Pani adamata 109

T

TAntali plures apud inferos, &c. 13
taxea corona 127
Telegoni paricidiũ 54
tempora in rerũ gestarũ descriptionib. non obseruari à poëtis 20
Terentij locus 68. 69
Termini corona 131
ternarius numerus dijs gratus 35
terrigena pro cyclamine 88
thalassinus color 91
Theophrastus de coronis scripsit 95
Thesæus flos 97
Thylesij de Consentini agri fertilitate carmẽ 100. Eiusdem heroica epitaphia. 131. itẽ Hortulus Archinti 96
Thylesij laus 45
thymus 126
timor albus 73
tragicorum uictorię studium 116
trifolium 126
triumphales coronæ 117. 119
triumphi minoris corona 119
Troiæ excidiũ 63. inde
trophæorũ coronæ 130
Tyberis flauus 85. glaucus eod.
Tyndaridę gemini 108. eorum coronæ cuiusmodi 109
Tyriamethystus 91
Tyrianthinus color 89

V

VAllaris corona 120
uarietas propriè de coloribus dicta 85
uarium cœlum 85
uarius color 85. uaria uestis quæ. eod.
uarius equus 85
Venus formosa 60
Veneris coronæ cuiusmodi 104
Veneri grati omnis generis flores 104
Venetus color 67
uerbenarũ coronæ 112
Vergilij locus. 77. 85. 88. 115

Veris corona 111
uersicolores aues 86
Vertumni corona 106
Vestæ corona lanea, & laurea 102
uestis diuisa, quæ & uaria 85
uestium uaria cognomina 89
uidua unius mariti defuncta, coronata efferri solita 129
uiola, unde ion Græcis 125
uiolacea purpura 81
uiolaceus color 89
uiridis auis psitacus 84
uiridis color 83. in herbis uarius, eod. naturæ gratus 93
uiticea corona 127
uitis cum brassica dissidium 101
uitreus color 91
Vlysses à Telegono filio necatus 54
Vlysses stolatus 122
Vraniæ filius Hymen 104
urbes coronatæ 132
Vulcanus à simia educatus 59
Vulcanus Iunonis filius 17. loripes. eod. & 18
Vulcanus segnipes 4
Vulcanus tardigradus 59. Palladis amore captus. eod.
Vulcani coniugium 19

X

Xanthus 63
Xerampelinus color 80. 89
Xerxes togatus, Lucullus dictus 122

Z

Zizipha 125

FINIS.

ERRATA QVAE IN RELE *gendo deprehendimus, sic emẽdabis.*

Pag. 17. *uers.* 1. Hipponactio 19. 13. *pendulus* 22. *in marg.* 18. *atq; idcirco* 25. 8. *prò discerpta* 48. 13. *fremitus, & in marg.* Achemenides 58.6. *tenuis gyro* 60. 7. Typhœumq; 61. 24. *quàm* 64. 10. *comam* 65. 20. *uitasti. munere diuûm* Mors 67. 20. *Phalangis* 69. *ult. igitur, salix* 70.2. *castaneæ etiam* 71. 14. *dies læti,* 75. 1. *sepelitur* 80. 19. *appellauerunt* 85. 21. *appellauit, glaucum* 100. 13. *accepimus,* 101. 5. *Apollo (quæ & 10. ageretur)* 106. 3. *uirginali formosæ* 107. 2. *facili* 108. 5. *senescentibus, ac* 109. 8. At 112. 10. *uenerabantur*, eodem 113. *in marg.* Pentathli 115. Tyndaridas 117. 2. excelleret *nobilis* 118. 7. *capiebatur* 123. 9. *uerrucoso* 124. 10. *quin tripl.* 127. 8. *addidit &*



BASILEAE, EX OFFI-
CINA IO. OPORINI, ANNO
Salutis M. D. XLV. Men-
ſe Iulio.

